si Capitaneo Nostro, ut possit et valeat de omni et integro jure suo Advitalitio Super Capitaneatum Sandomiriensem in Palatinatu Sandomiriensi situm, una cum Jurisdictione Castrensi Capitaneali sibi Servienti et competenti cedere, illudque in personam Großi Josephi de eadem Jenczyn Ossolinski Filii sui plenarie transferre et transfundere. Quae quidem Cessio, Jurisq; transfusio postea quam coram dictis quibusvis authenticis Regni facta et recognita fuerit, Nos eam ratam habituri sumus, utique praevio Consensu Nostro peragetur. Vigore cujus Cessionis, praesentisq; Consensus Nostri, praedictum Capitaneatum Sandomiriensem cum Jurisdictione competenti Castrensi, Civitate et Castro, tum Villis: Stodoły cum praedio, Samborzec, Chmielow, Makrzyszow, itidem cum praediis Grzebow, Sokolniki, Gorzyce, Zyc, Zuchow, Odechow, Sobow, Mąkoszyn, Stany, omnibusque aliis Villis, Advocatiis, Sulletiis, praediis, fundis, agris, pratis, campis, Sylvis, nemoribus, laubus, stagnis, fluviis, fluminibus, piscinis, molendinis, tabernis, curiis, aedificiis, Oppidanis, Colonis Locatis et locandis, Subditis, Inquilinis eorumq; laboribus, censibus, proventibus, commodis et emolumentis, attinentiis et pertinentiis generaliter universis eo antiquitus spectantibus, et prout immediatus Possessor tenebat, habebat et possidebat, Is quoque Groſus Josephus Ossolinski tenebit, habebit et possidebit ad extrema vitae suae tempora. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse Nos eundem Groſum Josephum Ossolinski ab usu et pacifica possessione ejusdem Capitaneatus Sandomiriensis amoturos vel alienaturos, neminiq; amovendi vel alienandi potestatem daturos, sed salvum et integrum Jus Advitalitiale Ipsi conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri praestabunt. Ratione cujus Advitalitatis Solitam proventuum Quartam quotannis Statuto tempore ad Thesaurum Regni inferre tenebitur. Juribus Nostris Regalibus, Reipublicae, Ecclesiaq; Romana catholicae salvis. In quorum fidem praesentes Manu Nostra Subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datt Varsaviae Die V^ta. Mensis Januarii Anno Domini. MDCCLXIII. Regni vero Nostri XXX. Anno. Augustus Rex. Locus ✠ Sigilli Minoris Regni. Consensus Regius? Josepho Comiti de Jenczyn Ossolinski Palatino Volhyniae, ad cedendum de Capitaneatu Sandomiriensi in personam Groſi Josephi Ossolinski Filii sui datur. Antonius Wyszynski Premisl. Varsaviae Canonicus S^ae R^ae Mt^is et Sigilli Regni Secretarius mp. Foris: Prosancellariatu Illmi & Excellmi et Rndmi Dni Dni Michaëlis de Granow Wodzicki Epi Premisl. Abbatis Commendatarii Cerveny et Clara Jumba Prosancellarii Regni Sigillatum. = Quas ejusmodi Literas Consensus Supra scripti sicut praemissum oblatas, Nos ad acta praesentes suscipi inscribi,

inscribi, et ex iisdem fideliter descriptas Parti postulanti authentice extradi, Originale vero rursus Offerenti restitui, f: de quo recepto Cancellariam praesentibus quietat, f permissimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Oblata Consensus dati Magnis Josepho de Iezyn Osolinski Palatino Volhyniae et Theresiae de Stadnickie Conjugibus devolvendum de Villa, seu Advocatia Komorow in Palatinatu Sandomiriensi sita, in personam Grossi Josephi Osolinski Filii sui.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta praesentia Metricas Regni Cancellaria Nostra Minoris Literas Originales papyreas, manu Serenissimi olim Augusti III. Regis Praedecessoris Nostri Subscriptas, Sigilloque Minori Regni Communitas, sanas, salvas, illaesas, omnique suspicionis nota carentes, continentes in se Consensum Magnis Josepho de Iezyn Osolinski Palatino Volhyniae, et Theresiae de Stadnickie Conjugibus datum ad cedendum de Villa, seu Advocatia Komorow in Palatinatu Sandomiriensi sita, in personam Grossi Josephi Osolinski Filii sui, tenoris sequentis = Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolenskiae, Severiae, Czerniechoviaeq, necnon Hereditarius Dux Saxoniae, Princeps et Elector. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. Concessisse Nos ac permisisse, Consentireq' ac permittere Magnis Josepho Comiti de Iezyn Osolinski Palatino Volhyniae, Sandomiriensi, Smielniciensi Capitaneo Nostro, et Theresiae de Stadnickie Conjugibus legitimis, ut possint et valeant de omni et integro jure suo Advitalitio quod Illis super Villam Komorow dictam, in Palatinatu et Districtu Sandomiriensi sitam servit et competit, cedere, illudq' in Personam Grossi Josephi Comitis de eadem Iezyn Osolinskei Filii sui plenarie transferre et transfundere. Quae quidem Cessio, Jurisq' transfusio postea quam coram Actis quibusvis Authenticis Regni

gri facta et recognita fuerit, Nos eam ratam habituri sumus, uti quæ prædicto consensu Nostro peragetur. Vigore cujus cessionis, præsentisq; Consensus Nostri, præfatam Villam cum Advocatia Homorow dictam, tum cum omnibus prædiis, ædificiis, curiis, structuris, agris, pratis, campis, sylvis, nemoribus, rubetis, gaiis, fluviis, fluminibus, stagnis, lacubus, piscinis, pascuis, hortis, pomariis, apiasteriis, molendinis, Tabernis, Emethonibus, hortulanis, Coloniis locatis et locandis, Subditis, eorumq; laboribus, censibus, usibus fructibus, et emolumentis, aliisq; attinentiis et pertinentiis ab antiquo ad eandem Villam et Advocatiam Homorow spectantibus, nullis penitus exceptis, tenebit, habebit et possidebit ad extrema Vitæ sua tempora. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse Nos, neq; Serenissimos Successores Nostros ab usu et pacifica possessione ejusdem Villæ et Advocatiæ Grosum Josephum Comitem de Jenczyn Ossolinski amaturos; sed salvum et integrum Jus advitalitiale ei conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiaq; Romanæ Catholicæ salvis. In quorum fidem præsentes Manu Nostrâ Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datt Varsaviæ Die V.ta Mensis Januarii anno Domini MDCCLXIII. Regni verò Nostri XIX. Anno. Augustus Rex. Locus † Sigilli Minoris Regni. Consensus cedendi de Villa, seu Advocatia Homorow in Palatinatu Sandomiriensi sita. Illustris Josepho Comiti de Jenczyn Ossolinski Palatino Volhyniæ, et Theresiæ de Stadnickie Conjugibus, in Personam Grosi Josephi Ossolinski Filii Sui. Antonius Wyszynski Premisslen Varsaviens Canonicus S.R. Mtis et Sigilli Regni Secretarius mp. Foris = Pro Cancellariatu Illmi, Excellmi et Rndmi Dni Michaelis de Granow Wodzicki Episcopi Premisslen Abbatis Commendatarii Cervez et Clara Jamba Pro Cancellarii Regni. Sigillatum. = Quas ejusmodi Literas Consensus Superaferi sicut præmissum oblatas, Nos ad acta præsentia suscipi, inscribi, et eadem fideliter describi mandavimus. Parti postulanti Authenticè extradi, Originale verò rursus Referenti restitui; de quo recepto Cancellariam præsentibus quietari permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut sup.

Actum Varsaviæ. Feriâ Sextâ
ante Dominicam Lætare Quadra-
gesimalem proximâ Die scilicet
Decima quinta Mensis Martii
Anno Domini Millesimo Septin-
gentesimo Sexagesimo Quinto
Regni verò Nostri Primô Annô

Ad

Ad Relationem Illmi et Rdmi Dñi
Andreæ Stanislai Młodzieiowski
Cancellarii Metropolitani Gnesnen-
sis Procancellarii Regni.

Inscribunt sibi mutuam Advitalitatem Gnosi
Fontanie Conjuges.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus Metri-
ces Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Comparentes personaliter Generosi Jacobus Fontana et Magdalena de Barszcze
invicem Conjuges, sibi mutuo ad infrascripta recognoscenda
consentientes. sani mentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis
huic autem Jurisdictioni Nræ Regiæ quo ad infrascripta
recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam,
libere ac benevole recognoverunt, præsentibusque recognoscunt. Quia Ipsi sibi mutuo et ab invicem mutuam Advitalitatem et reciprocum usum et fructum omnium et singulorum Bonorum hæreditariorum et obligatoriorum, mobilium et immobilium, habitorum, et habendorum, ac post
favente Divina gratia acquirendorum, aut devolvendorum,
Summarumq; quarumvis pecuniariarum habitarum et
habendarum, inscriptarum et inscribendarum, ac ubivis locorum, et in depósito existentium, tum auri, argenti, clenodiorum, vestium vestimentorum, omnisque generis et
speciei domesticarum Suppellectilium, equorum, pecorum
et pecudum ad extrema duntaxat vitæ suæ tempora in-
scribunt, et asseurant tali videlicet modo: Quod, si et in-
quantum prius Gnosum, Recognoscentem Maritum, quam
ejus Gnosam Consortem pariter Recognoscentem exhac luce
decedere contigerit, extunc prædicta Illius Gnosa Consors
superstes existens, omnia et singula Bona mobilia et
immobilia, Summasq; quasvis pecuniarias morte Gnosi Mariti derelicta et derelictas, Bonumq; concernentia et con-
nentes cum omnibus eorundem Bonorum, Summarumq;
utilitatibus, usibus fructibus, proventibus, Commodis, et
emolumentis tenebit, habebit et possidebit, illisque fruetur
ad extrema vitæ suæ tempora, sine ulla Successorum eius-
præfati Gnosi Mariti sui contradictione et impedimento.

Post

Post fata verò memorate Gnoſæ Conſortis Bona hæc omnia et ſingula, Summasq; quasvis pecuniarias ad Succeſſores ejusdem Gnosi: Mariti vitâ functi devolventur, devolvique debent. Pari quoque ratione, si et in quantum Supradictam Gnoſam Consortem Recognoſcentem prius, quàm ejus Gnosum Maritum è vivis decedere contigerit, extunc præexpreſsus Gnoſus Maritus Recognoscens in Vivis existens, Bona omnia et singula, mobilia et immobilia, Summasq; quasvis pecuniarias, morte Gnoſæ Conſortis derelicta et derelictas, Ipsamque Concernentia et Concernentes, cum omnibus eorundem Bonorum, Summarumq; præfatarum utilitatibus, usibus fructibus, proventibus, commodis et emolumentis tenebit, habebit et poſsidebit, illisque fruetur ad ultimum vitæ ſuæ extitum, sine quavis Succeſſorum antè dictæ Gnoſæ Conſortis Suæ contradictione et impedimento. Poſtfata verò Supefati Gnoſi Mariti Recognoſcentis, omnia hæc et ſingula Bona mobilia et immobilia, Summaque quavis pecuniaria ad Succeſſores ejusdem Gnoſa Conſortis devolventur, devolvique debent. Aly Suis perſonalibus Recognitionibus ad præmiſſa mediantibus. Pro majori verò firmitate manibus propriis se Subscripserunt.

Jakub Fontana

Magdalena Fontana

Quam ejusmodi Inscriptionem mutuæ Advitalitatis sicut præmiſsam factam et recognitam, Nos firmam, ac de jure valiturn haberi volentes, eandem ad Acta præſentia ſuſcipi, inscribi, et ex iisdem fideliter deſcriptam Partì poſtulanti authentice extradi permiſimus. In quorum fidem &c. Actum ut ſup.

Actum Varsaviæ Feriâ Secundâ post Dominicam Lætare Quadragesimalem proximâ Die scilicet Decimâ Octavâ Mensis Martii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto. Regni verò Noſtri Primo Annô.

Ad Relationem Supraſcri Illmi et Rmi Dni Cancellarii Regni.

Roborant certum Contractum Gnosus Augustus S.R.J. Princeps Sulkowski Supremus Regni Notarius ab una, et Religiosus Pater Stanislaus Konarski Scholarum Piarum Ex Provincialis parte ab altera.

Stanislaus Augustus Rex.

Significamus Nos Quod coram Actis præſentibus Metrices Regni

78. Regni Cancellaria Nostra Minoris, Comparentes personaliter Generosus Augustus Princeps in Bielek Sułkowski Supremus Regni Notarius, Nowogrodensis Pi. Capitaneus ab una, et Religiosus Pater Stanislaus Konarski Scholarum Piarum Ex-Provincialis, uti Specialiter à Religioso Patre Alexio Ożga ejusdem Instituti Scholarum Piarum per Poloniam Præposito Provinciali constitutus Plenipotens, nomine præexpressi Religiosi Patris Provincialis, atque totius sua Polona Provincia agens, parte ab altera, Sani mentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus Suis quibuscumque propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, sponte, libere ac per expressum recognoverunt, profitentibusq; recognoscunt. Quia ipsi certum Contractum inter se Recognoscentes occasione nova Fundationis favore ante dicti Instituti Scholarum Piarum memorate Polona Provincia, in Oppido Sui Proxi Recognoscentis hæreditario Rydzyna dicto, in Palatinatu Posnaniensi, Districtu Frausladiensi, Diœcesi Posnaniensi sito, faciendo et erigendo, hic Varsaviæ die Decima Tertia Mensis et anni Currentium initum, et Latino idiomate dictus et exigendo, hic Varsaviæ die Decima Tertia Mensis et anni Currentium initum, et Latino idiomate dictus sequenti, nimirum Decima quarta Mensis Martii conscriptum, manibusq; Sui utriusq; Recognoscentium proprijs Subscriptum, et Sigillis in Cera rubra signatoria expressis Communitum, in omnibus illius punctis clausulis, conditionibus, modis, Ligamentis, Vadio, fortibidem appositis, roborant, approbant, confirmant, et ratificant, illumque firmiter tenere, complere, inviolabiliter observare, atque ei tam in toto, quàm in quavis minima ipsius parte stare, parere, et plene satisfacere se Suis cum Successoribus Submittunt, obligant et ipsecurant, idque sub Vadio Duorum Millium Aureorum in casu alicujus Contraventionis recensito Contractui, et præsenti ejusdem Roboratoriæ Inscriptioni irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem Vadio taliter ut premissum est, succubito, stata una Pars per alteram, videlicet Pars eundem Contractum non tenens et complens, per alteram illum tenentem et complentem in Foro Ubiquinario Partibus competenti præcessu Supra scripto mediante

perem-

peremptorie absque quibusvis dilationibus, exceptionibus, beneficiis Juris Suis cum Successoribus respondere tenebitur. His suis personalibus Recognitionibus ad premissa mediantibus. Alias informa Inscriptionis Roboratoriae de jure plenissima, firmissima et perfectissima pro majori rei firmitate manibus propriis se subscripserant.

A Sulkowski D. B. I. N. R. Stanislaus Konarski S. Sept. mp

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut premissum factam, et recognitam. Nos firmam ac de jure validam haberi volentes, eandem ad Acta praesentia suscipi, inscribi; et ex iisdem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut Sup.

Actum Varsaviae Sabbatho pridie Dominicae Passionis Die scilicet Vigesima Tertia Mensis Martii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto. Regni vero Nostri Primo Anno.

Ad Relationem Supraseri Illmi et Revmi Dni Procancellarii Regni.

Relatio Ministerialis Regni Generalis datae Intromissionis Nobilibus Jepperom Conjugibus ad Palatium Varsaviae in Platea Szeroka Situm.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens personaliter ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellariae Nostrae Minoris Nobilis Albertus Jasienski Ministerialis Regni Generalis Authenticatus et juratus, in vim verae suae, ac fidelis relationis palam, libere ac benevole recognovit. Quia ipse ad officiosam requisitionem Nobilium Petri Jepper Seresme Imperatricis totius Russiae Agentis, et Ludovicae Elisabethae de Sauter Legitimarum Conjugum, habitis secum majoris testimonii gratia Duobus Nobilibus, videlicet Grosii Martino Krzynowski Burgrabio Castrensi Varsaviensi, et Victorino Wiszowaty Vice Notario Culmensi die hodierna in Acta Contenta ad Palatium muratum sic Varsaviae in Platea Szeroka Dicta ac in Vicinitate Palatii Sieciechi olim nuncupati, situm, praeexpressorum Nobilium Jepperum Conjugum proprium et hereditarium condescendit, ibidemque Vigore Donationis ejusdem Palatii per Ipsum Petrum Baronem Rieucour Consiliarium

nostrum

Nostrum coram Actis præsentibus Metrices Regni Feriâ Tertia post Festum Sancti Matthiæ Apostoli proxima Die scilicet Vigesima Sexta Mensis Februarii Anno Currenti prænominatis Nobilibus Jepperom Conjugibus facta et recognita, observatis omnibus juris Solemnitatibus circa ejusmodi Actus fieri Solitis, præmissaque omnium jus et interesse aliquod ad ante Dictum Palatium sic ut præmissum Donatum, habentium. ter, et ultra Solitam juris formam, quater, voce sua Sonora: sa et præconica acclamatione, Intromissionem realem et actualem iisdem Nobilibus Jepperom Conjugibus in præfatum Palatium, et Fundum, ædificia, Stabula, Culinas, Structuras pervas et magnas, cunctaque attinentias et pertinentias ad hoc Palatium ab antiquo spectantes nemine impugnante neque contradicente dedit et tribuit contulit. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. Quam ejusmodi Ministerialis Regni Generalis Relationem Nostram, ac de jure validum et haberi volentes, eandem ad Acta præsentia suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter describi, Parti postulanti authentice extrahi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut sup.

Relatio Ministerialis Regni Generalis data Intromissionis Nobilibus Jepperom Conjugibus ad Palatium Varsaviæ in Platea Długa Situm Piecierskii olim dictum.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens personaliter ad Acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Nobilis Albertus Jasienski Ministerialis Regni Generalis authenticatus et juratus, in Vim veræ fidei ac fidelis relationis palam, liberè ac benevolè recognovit. Quòd ipse ad officiosam requisitionem Nobilium Petri Jepper Serenissimæ Imperatricis Totius Russiæ Agentis, et Ludovicæ Elisabethæ de Sautery letius Russiæ Agentis, et Ludovicæ Elisabethæ de Sautery legitimorum Conjugum habitis secum majoris testimonii gratia duobus Nobilibus, videlicet Ignatio Martino Chrzanowski Burgrabio Castrensi Varsaviensi et Victorino Wiszowaty Vice Notario de Kolnendi Die hodierna in Actu Contenta ad Palatium partim Muratum, partim Ligneum hic Varsaviæ in Platea Długa inter Vicinitates Fundorum Religiosarum Monialium Regulæ Sanctæ Brigittæ ex una, et Palatii quondam Ossolinski, exposit Radzivil Anusski et Kiszkowski dictorum ad præsens Supradictorum Nobilium Jepperow Conjugum proprii et hæreditarii parte ex altera Situm et jacens, olim Piecierski vocitatum,

tatum, ac modò dictorum Nobilium Tepperow Conjugum proprium et hæreditarium cordescendit, ibidemque vigore Donationis ejusdem Palatii per Gnosum Petrum Baronem Rzaucour Consiliarium Nostrum coram Actis præsentibus Metrices Regni Feria Tertia post Festum Sancti Matthiæ Apostoli proxima Die scilicet Vigesima Sexta Mensis Februarii Anno Currenti in personas prænominatorum Nobilium Tepperow Conjugum facta et recognita, observatis omnibus juris solemnitatibus circa ejusmodi Actus fieri solitis, præmissaque omnium jus et interesse aliquod ad alte dictum Palatium sic ut præmissum Donatum, habentium ter, et ultra solitam Juris formam, quater, voce sua sonorosa et præconica acclamatione, Jurisdictionem realem et actualem iisdem Nobilibus Tepperem Conjugibus in præfatum Palatium, fundos, ædificia, Stabula, Culinas, hortum, structuras, cunctasq; attinentias et pertinentias ad hoc Palatium ab antiquo spectantes, nemine impugnante neq; contradicente dedit et rite contulit, de quo præsens ipsius relatio. Quam ejusmodi præexpressi Ministerialis Regni Generalis Relationem Nos firmam ac de jure validam haberi volentes, eandem ad Acta præsentia suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut sup.

Datum Varsaviæ Sabbatho, prio Die Dominicæ Palmarum Quadragesimalis, Die scilicet Tricesima Mensis Martii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto Regni vero Nostri Anno Primo

Ad Relationem suprascripti Illustrissimi & Reumi Dni Procancellarij Regni.

Oblata Conservationis Honoratæ Joannæ Ludovicæ Breijel Viduæ et Filij ejus circa bina molendina Oberskie dicta in Palatinatu Posnaniensi et Capitaneatu Mederecensi sita.

Stanislaus Augustus &c:

Significamus &c: Oblatas esse ad Acta præsentia Metrices Regni minoris Cancellariæ Nostræ Literas Originales papyreas Conservationis infrascriptæ Manu Nra Regia nebscriptæ et Sigillo minori Regni communitas, sanas, salvas, et illæsas, omniq; suspitione carentes Tenoris sequentis. = Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolensciæ, Severiæ et Ter-

mic

niechoviacy= Significamus presentibus Literis Nostris, quorum interest Universis & singulis. Expositum Nobis est per certos Consiliarios Nostros, Lateri Nostro assidentes, Nomine & pro parte Honorate Joannæ Ludovicæ Breÿel natæ Messingbrood, olim Honorati Benedicti Gottwaldi Breÿel Consortis relictæ Viduæ bonorum Molendinorum Oberszlichtorum in Palatinatu Cosmaniensi & Capitaneatu Medeleccen ad Fluvium Obra sitæ vigore Privilegii Serenissimi olim Divæ memoriæ Augusti Tertij Regis Prædecessoris Nri de data Varsaviæ Die XXV mensis Novembris Anno Dñi MDCCLV. Cognitarius. Supplicatumq Nobis est, ut prefatam Honoratã Joannam Ludovicam Breÿel Viduam una cum Filio Ejus Joanne Carolo Gotthilfo Breÿel circa Possessionem dictorum Molendinorum, conservare & manutenere dignaremur. Cui Supplicationi Nos Stanislaus Augustus Rex benigne annuentes prædictã Honoratã Breÿel Viduam cum Filio ejus conservamus & manutenemus; Virtute cujus Conservationis prædicta Molendina cum omnibus Adjacentijs, Agris Pratis, Campis, Pascuis, attinentijs pertinentijsq; Decimam Feudem ac ullum in tanto numero, quantus ad rem familiarem augendã sufficiet, alendi, & fovendi, aliisq; commodis & emolumentis in Originalibus Privilegijs expressis necnon cum libera Molitura pro Subditis Villæ Murzynow & Alexandrow dictarum in ijsdem Molendinijs expediendã & prestandã tenebit, habebit & possidebit ad extrema Vitæ sue tempora una cum Filio suo. Præmittimus autem pro Nobis & Sermis Successoribus Nostris non esse Nos Sermosq; Successores Nros ab usu & pacifica possessione dictorum Molendinorum prefatã Honoratã Breÿel Viduam cum Filio suo amoturos, nec amovendi cuipiam potestatem daturos, sed salvum & integrum Jus Adjacentiale Ipsis conservaturos, quod & Sermi Successores Nri prestabunt; ita tamen ut ad mentem Novellæ Legis solitam contributionem quot Annis solvant, Juribus Nris Regalibus Reipublicæ, Edictoq; Romano Catholicæ salvis manentibus. In quorum fidem Pagentes Manu Nrã subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXIX mensis Martij A.D. MDCCLXV. Regni vero Nri I. Anno= Stanislaus Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni= Conservatio Honoratæ Joannæ Ludovicæ Breÿel Consortis relictæ Viduæ & Filij ejus circa bina Molendina Oberszlichta dicta in Palatinatu Cosmaniensi & Capitaneatu Medeleccen sita= Antonius Sikorski S.R.Mtis & Sigilli Regni Secretarius mpp. Foris= Cancellariatu Illmi & Rendissimi Domini Andreæ Stanislai Młodziejowski Cancellarij Regni. Sigillatum.= Quas ejusmodi Literas Conservationis supra scriptæ, sicut premissum Oblatas. Nos ad Acta Tenutia sumpsimus inscribi, & ex ijsdem fideliter descriptas Carti Testulanti Authentice extradi. Originale verò rursus Offerenti restituisse de quo recepto Cancellariam presentibus quietatis permisimus. In quorum fidem &c Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ post Do-
minicam Palmarum Quadragesima-
lem proximâ Die scilicet secunda Men-
sis Aprilis Anno Domini millesimô
septingentesimô Sexagesimô Quintô.
Regni verô Nostri Anno Primô.

Ad Relationem ut supra

Oblata Resolutionis Juridicæ super specie facti.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus Nobis Oblatam esse ad Acta præsentia Metrices Re-
gni Minoris Cancellariæ Nræ certam resolutivnem Juridicam
super specie facti manibus Reverendi Præsidentis, & Magni-
fici Marschalci Supremi Tribunalis Regni subscriptam, ac
Authoritate Eorundem certificatam, tum per Reverendum &
Ardream Stanislaum Młodziejowski Cancellarium Re-
gni, subscriptione Ejus cum apperitione Sigilli gentilitij
in cera rubra expressi legalisatam, omnij suspitionis nota
carentem Tenoris ejusmodi:= Species Facti= Quidam ex Ordi-
ne Equestri in Polonia moritur intestatus, et opulentam hæ-
reditatem tam in bonis mobilibus, quam Immobilibus Jure
Nobilitatis Terrestris gaudentibus & hæreditarijs, consisten-
tem unico suo Filio impuberi, Hæredi ex ipso, relinquit, qui ve-
rum intra Annos impubertatis decedit, Matrem & Patruum, seu
Patris fratrem relinquens= Mater pro Hærede se gerens, totam
occupat hæreditatem tam mobiliorem, quam immobiliorem
in insignibus Bonis Terrestribus & Hæreditarijs, intra fines Polo-
niæ siti, consistentem= Lis oritur super hanc Hæreditatem in-
ter Matrem & Patruum, cui ex Filia mortua supersunt Nepo-
tes, Neptesque, & totius litigij decisio dependet ab hac quæ-
stione præjudiciali= Utrum in Polonia Mater Filio Equestris
Ordinis, ab Intestato mortuo, in omnibus ejusdem Bonis tam
Mobilibus, quam Immobilibus, Jure Terrestri Nobilium
gaudentibus, in Nominibus, actionibus & Juribus unice succe-
dat, an verô ab hac successione per Collaterales, scilicet per Filij
Patruum, hujusque Descendentes, excludatur?= Quum verô nul-
lum sit dubium, quin in hoc casu Collaterales, secundum Jura
Poloniæ, excludant ascendentes, à Summis Poloniæ Tribunalibus
Petricoviensi & Lublinen, nec non Universitatibus Cracovien &
Zamoscensi expetitur Attestatum, quod ita in Tribunalibus
Polonia super hunc casum pronuncietur= Ad Quæstionem
supra expressam= Respondetur= De Jure Regni Nostri, in-
ter homines Equestris Ordinis Successio ascendentium
planè locum nullum habet; Proinde Mater in gradu
ascendenti respectu sui Filij sterilis, ac intestati demortui,

nullam

nullam post Eundem Successionem capit, nec quidem Fatnus propter ejusmodi ratiönem hujus Successionis capax, verùm ad filios ipsius tanquam in Collaterali descendentii existentes tota devolvitur. Ita Supremum Regni Tribunal decidere solet. Igna. trius Co=krascicki Cracoviensis Tribunalis mpp. Ignatius Letner Marsz. Tribunalis Regni mpp. Lublini 2. Martij 1765.=Andreas Stanislaus Kostka Młodzieiowski Procancellarius Regni & Metropolitanus Gnesnensis Cancellarius.= Significamus praesentibus & singulis, quorum interest. Qualiter productum fuit coram nobis suprascriptum Legale Judicium super specie facti à capite ejusdem Judicij expressa & Subscriptiones Illmor Regnü & Mtris Cracoviensis ac Marschalci Tribunalis Regni a Nobis recognitae sunt Eorum propriae, nullij suspitionj possunt esse obnoxiae. In quorum fidem praesens Testimonium dedimus Varsaviae hac die 2da Mensis Aprilis Anno Dñi 1765to. Andreas Stanislaus Młodzieiowski Procancellarius Regni impressit Loco Sigilli Gentilitij in cera rubra hispanica expressi.= Quam ejusmodi Resolutionem Judicem sic ut praemissum oblatam. Nos ad Acta praesentia suscepi inscribi & ex ijdem fideliter descriptam Parti postulanti Authenticè extradi; Originale vero nobis offerenti restitui: de quo recepto Cancellarium praesentibus quietatis permisimus In quorum fidem &c Actis ut supra &c:

Actum Varsaviae Feria Secunda post Dominicam Conductus Paschae proxima, Die scilicet Decima quinta Mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto. Regni vero Nostri primo Anno.

Ad Relationem Supraseri Illmi et Rmi Dni Procancellarii Regni.

Roborat certum Scriptum Gnosus Joannes Borch Succamerarius Livoniae in rem Gnosi Petri Baronis Ricaucour datum.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Metricales Regni Cancellariae Nostrae Minoris Comparens personaliter Gnosus Joannes Borch Succamerarius Livoniae Sanae mentis et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus Suis quibuscunque propriis, huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se Subjiciendo et incorporando, palam, sponte, libere ac per expressum recognovit,

grovit, praesentibus recognovit. Quia Ipse Scriptum certum Obligatorium in rem Grossi Petri Baronis Riaucour Consiliarii Nostri hic Varsaviae die hodierna in Actu Contenta una cum paragrapho diversa manu annotato per Se Recognoscentem datum, manuque Sua propria Subscriptum in omnibus ejusdem Scripti punctis, Clausulis, nexibus, et ligamentis roborat, approbat, confirmat, et ratificat, eidemque tam in toto, quam in quavis minima illius parte, Stare, parere, et plene satisfacere Se Suis cum Successoribus de et super bonis Suis omnibus inscribit, obligat et asecurat. Hac Sua personali recognitione ad praemissa mediante. Alias in forma Inscriptionis Roboratoriae de jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori vero firmitate manu propria Se subscripsit. Joannes de Borch Succamerarius Ducatûs Livoniae

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam Sic ut praemissum factam et recognitam, Nos firmam, ac de jure validam haberi volentes, eandem ad Acta praesentia suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut Sup.

Roborat Scriptum Obligatorium Grossus Theodorus Dzierzbicki Capitaneus Vartelnensis in rem Grossi Joannis Borch Succamerarii Livoniae datum.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nostrae Minorio Comparens personaliter Generosus Theodorus Dzierzbicki Capitaneus Vartelnensis Sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus Suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quo ad infrascripta recognoscenda attinet, Se Subjiciendo et incorporando palam, sponte, liberè ac per expressum recognovit, praesentibusque recognoscit. Quia Ipse Scriptum certum Obligatorium per Se Recognoscentem Grossi Joanni Borch Succamerario Livoniae hic Varsaviae die hodierna in Actu Contenta unà cum paragrapho diversâ manu annotato datum, manuque Sua propriâ Subscriptum, in omnibus ejusdem Scripti punctis, clausulis, nexibus et ligamentis roborat, approbat, confirmat et ratificat, eidemque Scripto Suo Obligatorio tam in toto, quam in quavis illius minimâ parte, Stare, parere, et plene Satisfacere.

Se

se suis cum Successoribus de et super bonis Suis omnibus inscribit, obligat et assecurat. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante. Aliàs in forma Inscriptionis Roboratoriæ de jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu propriâ se Subscripsit.

Theodorus Dzierzbicki

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sicut premissum factam et recognitam, Nos firmam, ac de jure validam Liberi volentes, eandem ad acta presentia Suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut Sup.

Actum Varsaviæ Feriâ Sexta ante Dominicam Misericordia proxima Die scilicet Decimanonâ Mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto. Regni verò Nostri Primo Annô.

Ad Relationem Supraseri Illmi et Revmi Dni Procancellarii Regni.

Substituit Plenipotentem Suum Casimirus Karas Castellanus Visnensis Ignatium Husarzewski Capitanum in Exercitu S. R. Mtis.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis presentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Comparens personaliter Grosus Casimirus Karas Castellanus Visnensis Sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus Suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad Intranscripta recognoscenda attinet se subjiciendo et incorporando, palam, Libere ac per expressum recognovit, presentibusq; recognoscit. Huic Josè inhærendo Plenipotentiæ Sud per Generosos Successores olim Illrium Magcorum Stanislai Cichek Poniatowski Castellani Cracoviens et Constantiæ de Ducibus Czartoryskie Conjugum, hîc Varsaviæ coram Actis itidem Metrices Regni Cancellariæ Minoris Feria Quartâ in Crastino Festi Sancti Thomæ Apostoli Die scilicet Vigesima Secunda Mensis Decembris

Decembris Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundo in Personam Sui recognita, tum vigore facultatis Substituendi alios Plenipotentes in eadem Sibi data, jam ex nunc et defacto in Locum Sui Grossum Ignatium Kuparzewski Capitanum in Exercitu Nostro verum, indubitatum, Legitimum Plenipotentem Substituit, constituit et ordinavit, praesentibusque Substituit, constituit et ordinat idque ad Annum. Dans et concedens Eidem Gso Substituto a Se Recognoscente Plenipotenti, plenam facultatem, et omnimodam potestatem, Causas omnes et singulas, occasione cujusvis negotii, Superascriptorum Generosorum Successorum olim Illmorum Mris Stanislai Kolek Pomiatowski Castellani Cracoviensis et Constantiae de Ducibus Czartoryskie Conjugum proprias, tam ex Actoratu quàm et reatu incidentes, institutas vel instituendas in omni Judicio vel Officio Regni Majoris Minorisve Subsidii, Cujuscunque Terra et Districtus etiam Tribunalitiis Regni Majoris Minorisve Poloniae, promovendi, defendendi, comparitiones inscribendi, replicandi, duplicandi et quadruplicandi, juramenta deferendi et audiendi, Decreta petendi et urgendi; favorabilia acceptandi, à contrariis movendi et appellandi, dilationes et Motiones prosequendi, Executiones Decretor urgendi, arresta imponendi, penas judiciarias Levandi, delevatis quietandi, Intromissiones in manus decretorum afferendi, aliosque Plenipotentes in Locum Sui Cum Simili vel limitata potestate Substituendi, designandi, et coram quibusvis actis Authenticis Regni inscribendi, Caeteraque omnia Legitimos Plenipotentes ad Causas constitutos concernentia munia peragendi, et exequendi: promittens se, Suig: Constituentis Gsos Principales hac cuncta, quae per memoratum Gsum Substitutum Plenipotentem moderatum, vel ab ipso vigore facultatis praesentis Substitutis aliis, acta et gesta fuerint, pro rato et grato Susceptorum et Suscepturos. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante, pro majori vero firmitate manu propriâ Se subscripsit.

Casimirus Haras Castellanus Visnensis mp.

Quam ejusmodi Substitutionem Plenipotentis. Nos firmam ac de jure validam haberi volentes, eandem ad acta praesentia suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut sup.

Actum Varsaviae Feria Sextâ ante Dominicam Jubilate proxima Die scilicet Vigesima Sexta Mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Septingentesimo

simo Sexagesimo Quinto. Regni
vero Nostri Primo Anno.
Ad Relationem Supraseri Illmi et Rmi
Dni Procancellarii Regni.

Approbat Gnosa Cristina de Sapiehy Masalska Pocillatrix M. D. Lit. Inscriptionem obligatoriam more Lithuanico factam, in rem Groji Juszynski servicy.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Minoris Comparens personaliter Gnosa Christina de Sapiehy Masalska, olim Gnogi Joannis Masalski Pocillatoris Magni Ducatûs Lithuaniae Conters relicta Vidua Sana mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus Suis quibuscunque propriis, huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quo ad infra scripta recognoscenda attinet se Subjiciendo et incorporando, palam, sponte ac bonevole recognovit, praesentibusque recognoscit. Quia Ipsa Inscriptionem Obligatoriam infra scriptam more usitato Lithuaniae confectam, manibusque tam Sui Recognoscentis, quam Amicorum eandem Inscriptionem obsignantium Subscriptam tenoris sequentis: Krystyna z Sapiechow Masalska Podczaszyna W. X. Lit. czynię wiadomo tym moim dobrowolnym, obligacyinym, asekuracyinym, oraz Swikuyinym Listem Zapisem Jmci Panu Michałowi Juszyńskiemu iako Aktorowi Służącym, a W. Jmci Xiędzu Piotrowi Kliacyntemu Sliwickiemu Wizytatorowi Kongregacyi Missyi, iako Plenipotentowi danym na to: Iż ja wyż wyrażona Krystyna z Sapiechow Masalska Podczaszyna W. X. Lit. będąc potrzebną pieniędzy, Summę Jmci Pana Michała Juszyńskiego to iest czerwonych Złotych ważnych nie brakownych pieniędzkowych Sztuk Osmset Osmdziesiąt w dyspozycyi W. Jmci Xiędza Piotra Kliacynta Sliwickiego Wizytatora Kongregacyi Missyi będącą, pożyczyłam, wzięłam, y do rąk moich odebrałam, asekurując ią Sama za siebie, y za Sukcessorow moich; Iż od takowey Summy pieniędzy mianowany Jmcian Michał Juszyński żyć będzie, ztorent Złotem takowż ważnym niebrakownym rachuiąc po Siedym od Sta, to iest czerwonych złotych Sześćdziesiąt y dwa, corocznie niczym terminu exactucyi prowizyi w dzień Swiętego Jerzego w Roku tysiącznym Siedymsetnym Sześćdziesiątym Szostym dnia Dwudziestego trzeciego Miesiąca Aprila poczęci się maiącey, nie uchybiaiąc, za kwitem W. Jmci Xiędza Sliwickiego Wizytatora lub innego Plenipotenta wypłacać mam, y Sukcessorowie moi powinni będą; A ieżeliby w którymkolwiek czasie będącey tey Summy z mnie na Lokacyi Smierci zabroczyła Jmci Panu Michała Juszyńskiego, tedy tak Sam Kapitał Osimset Osimdziesiąt Czerwonych Złotych, iako y prowizyą pod tę porę właściwe do termi-

nu

mu należącą, na trzy rowne części rozdzieliwszy do trzech Szpitalow Warszawskich, to iest: iedną część trzecią porcyą Summy wynoszącą, do Szpitala pod tytułem Dzieciątka Jezus w Warszawie będącego, drugą takąż rowną pierwszey części do Szpitala pod tytułem S. Rocha w Warszawie będącego, a trzecią dwiom pierwszym częściom rowną do Szpitala pod tytułem S. Kazimierza w Warszawie będącego, nie na czyie inne użycie, tylko do tych pomienionych Szpitalow wyliczyć, y oddać mam. Sukcessorowie moi powinni będą, prokurunąc Sobie Kwity od Przełożonych tychże Szpitalow, które ukażdego Sądu za realne y ważne bydź maią. Które to wypłacanie tak corocznej prowizyi, iako po śmierci Mci Pana Jmć Pana Jmć Pana Jmć Summy na pomienione Szpitale aby niezawodne y realne było, tak Jasnama Krystyna z Sapiehow Massalska Podczaszyna W. X. L. moim niniejszym, obligacyinym, asekuracyinym oraz kwitacyinym skryptem obowiązuię się, y Sukcessorowie moi we wszystkich punktach ten moy dobrowolny obligacyiny, asekuracyiny oraz kwitacyiny Zapis dotrzymać będą powinni. Na co dla Lepszego bezpieczeństwa pomienionej Summy Osmiuset Osmdziesiąt Czerwonych Złotych wnaszym kwitacyi na Folwark moy Dziedziczny Połońsk nazwany w Powiecie Wołkowyskim leżący, do Hrabstwa Rużanskiego należący, lokuię wyraźnie dla pewności y bezpieczeństwa Summy pomienionej Kapitał na wyrażonym Folwarku. A za niedotrzymaniem w którymkolwiek punkcie tego mego dobrowolnego obligacyinego, asekuracyinego oraz kwitacyinego Zapisu Zaręki ważności rzeczy wyżey wyrażone opisuię, y rozprawy iak naykrótszym terminem ukażdego Sądu tak w Xięstwie Litewskim iako y Koronie Polskiey nieszukaiąc żadnych dobrodzieystw prawnych przyięć. Jasnama mam, y Sukcessorowie moi powinni będą. Jnata daię ten moy dobrowolny obligacyiny asekuracyiny oraz kwitacyiny Zapis z podpisem ręki mey y W. Jchmć Panow Pieczętarzow ustnie y oczywisto odemnie uproszonych. Dan w Warszawie Roku Tysiąc Siedmsetnego Szesćdziesiątego piątego Miesiąca Kwietnia dwudziestego Czwartego dnia. Krystyna z Sapiehow Massalska pod: Lit: Locus Sigilli. Loco Fenestrella more Lithuanico facta. Subscriptionum vero Amicorum tenor sequens: Ustnie y oczywisto proszony Pieczętarz od Jasnie Wielmożney Jeymci Pani Krystyny z Sapiehow Massalskiey Podczaszyney W. X. L. do tego obligacyinego asekuracyinego y kwitacyinego Zapisu na Summę Czerwonych Złotych ważnych nie brakownych poiedynkowych Sztuk Osmset Osmdziesiąt z płacenim corocznie niezawodney prowizyi rachuiąc po Siedm od Sta idąc Czerwonych Złotych Sześćdziesiąt zdwa, pokiby ta Summa Kwitionaliter na Folwarku Połońsku lokowana w ręku Jw. Jey Pani Podczaszyney W. X. Lit. lub Jey Sukcessorow zostawała, a post decessum Ktora tey Summy iako się fusius we Srzedzinie tego Zapisu wyrazi-

Zito.

Zło, taż Summa in tres equales divisa partes na trzy Szpitale Warszawskie cedere ma Jmci Panu Wichatowi Justyńskiemu gda Aktorowi, a W. Jffi Xiędzu Piotrowi Hiacynthemu Sliwickiemu qua Plenipotentowi swego, podług Prawa podpisuię się. Michał Szwykowski Pisarz Grodzki Pku Storminskiego mp. Ustnie y oczewiście proszony Sędzystarz od wyż wyrażony Osoby do tego obligowanego asekurowanego oraz Swikuginego Zapisu na rzecz wnim wyrażony podług Prawa podpisuię się. St. Jakub Szczawinski mp.
in omnibus ejusdem Inscriptionis obligatorie punctis, clausulis, nexibus, Ligamentis, vadio et Foro ibidem appositis, approbavit, confirmavit et ratificavit, prout quidem per presentem ad Acta hac Comparitionem suam approbat, confirmat et ratificat, ac eidem in omnibus plene stare se Suis cum Successoribus obligat et asecurat. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante. Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit.

Wrys tyrze. Z Sapiehow. Castellanka. Podkr. Lit.

Quam ejusmodi Approbationem Inscriptionis Obligatorie sic ut premissum factam et recognitam. Nos firmam ac de jure validam haberi volentes, eandem ad Acta presentia suscipi, et ex iisdem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut Sup.

Actum Varsavia Sabbatho pridie Dominice Cantate Die scilicet Quarta Mensis Maii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quintò. Regni verò Nostri Primo Anno.

Ad Relationem Supraseri Jllrm et Rndmi Dni Procancellarii Regni.

Oblata Juris Emphiteutici Super duos Mansos Dixonowskie vocatos Gnosis Bandre Conjugibus, et ipsorum Successoribus servientis.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta presentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Literas originales pappreas, Jus Emphyteuticum Super duos Mansos Dixonowskie in Insula Majori Regionis Mariaburgensis sitos Dixonowskie vocatos Gnosis Bandre Conjugibus, ipsorumque Successoribus serviens in se Continentes. Manu Serenissimi olim Augusti Tertii Regis Predecessoris Nostri Subscriptas, Sigilloque Majori Regni Communitas, Sanas, salvas, illesas, omnig Suspicionis nota carentes tenoris Sequentis = Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masovia Samogitiæ, Kijovia, Volhynia, Podolia Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ,

Severiæ,

Severiæ Czernichoviæq: Rector Hereditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. Quia Nos habito respectu meritorum, et actualium à tot annis servitiorum Generosi Francisci Bandre Consiliarii Nostri Commissionum, Nobis fideliter præstitorum, ulteriusq præstandorum, faciendum esse duximus, ut ipsi, Conjugiq ipsius Annæ, nata Hamilton, Filio Henrico Alexandro, et Filiabus, Christiana Friderica Oehmgen, et Charlotta Elisabetha Hoyer, natis Bandre, Duos Mansos Vasuales in Insula Majori Oeconomiæ Magdeburgensis in Continio agrorum Grajoviensium et Kalthoffiensium sitos, antiquitus Winckel, nunc Dixonowslive vocatos, post extinctum Jus satis Generosæ Elisabethæ Goldschade, sine hæredibus ex lumbis defunctæ ad liberam Nostram dispositionem devolutos, daremus et conferremus, prout etiam ipsis Successoribusq et Hæredibus illorum quibuslibet vel ab intestato, vel vigore Testamenti post fata eorum Succedentibus, et eo quidem Successionis ordine, ut post fata Matris, Annæ Hamilton Filius Henricus Alexander, et post hujus mortem filiarum natu prima Christiana Friderica Oehmgen, et hac quoq mortua, Soror ipsius Charlotta Elisabetha Hoyer sibi invicem succedere debeant, prafatos Duos Mansos Dixonowskie dictos Jure Emphyteutico damus et conferimus à data præsentium ad decursum Quadraginta Annorum immediate sese sequentium, à terminoq dictæ datæ incipientium, ad hunccce Terminum in Anno Deo dante 1798. occupandos, tenendos et possidendos, cum omnibus fundis, attinentiis, et juribus ad Supradictos Mansos spectantibus, eadem extensione, usu et jure, prout illi vigore antecedentium Privilegiorum fuerunt concessi, idq cum libera facultate et plenaria potestate eadem Bona eodem Jure cuivis cedendi et alienandi eum in modum, ut nulla alia cessionis vel alienationis approbatione opus habeant, sed præsens Privilegium loco Confirmationis Nostræ semper valere debeat. Promittentes pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse Nos, Eosq Serenissimos Successores Nostros memoratum Generosum Francum Bandre, ejusq Conjugem Annam, natam Hamilton, Filium Henricum Alexandrum, Filiasq Christinam Friderican Oehmgen et Charlottam Elisabetham Hoyer, eorumq Hæredes ac Successores eo ordine Successionis, qui Supra scriptus est, semper observato, vel quovis Cessionarios ab usu et pacifica possessione prædictorum duorum Mansorum Dixonowskie Vocatorum amoturos, vel alienaturos, neminiq amovendi vel alienandi potestatem daturos, sed circa memoratum Jus, præsensq Privilegium Possessioni et usui ad Annos Quadraginta Serviens, inviolabiliter conservaturos. Quod et serenissimi Successores Nostri præstabunt. Ratione cujus Emphyteusis dictum Generosi Emphyteutæ, quam illorum Successores seu Cessionarii singulis Annis pro Festo S. Martini Centum Sexaginta Sex et 1/3. Florenorum Cruthenicalium ex qualibet Manso ad Arcem Nostram

Maria-

Mariaburgensem importare tenebuntur. Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ, Sanctæq Romanæ Ecclesiæ Salvis manentibus. In quorum fidem præsentes Manu Nostrâ Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Dabantur Varsaviæ Die XVI. Mensis Maii Anno Domini MDCCLVIII. Regni vero Nostri XXV. Anno. Augustus Rex. Locus ✠ Sigilli Majoris Regni. Jus Emphyteuticum Super duos Mansos Pascuales in Insula Majori dicoq Mariaburgen in confinio agrorum Gnojovien et Kalthoffien sitt. Dixonowskie vocatos, post extinctum Jus satis Gnosæ Elisabethæ Goldschade ultima possidentis ad Regiam dispositionem devolutos, Generosæ Francisco Bandre Consiliario Commissionum S. R. Mtis Annæ natæ Hamilton Conjugi, Henrico Alexandro filio, Christianæ Friderica Dehmgen, et Charlottæ Elisabethæ Hoyer filiabus, eorumq Haeredibus, Successoribus aut Cessionariis, ad Annos Quadraginta inserviens. Adalbertus Rakowski Vexillator Terræ Vilnensis Sigilli Majoris Regni Secretarius. Foris= Cancellariatu Illustrissimi Excellmi Domini Joannis Comitis in Moszkie et Bialaczow à Malachowice Malachowski Supremi Cancellarii Regni, Ostrolœcensis Gradecensisq. Capitanei Sigillatum.= Quas ejusmodi Literas Juris Emphyteuticis Supra Scriptas. Sic per Oblatam ut præmissum est, porrectas. Nos ad Acta præsentia Suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descriptas Parti postulanti Authentice extradi, Originale vero offerenti restitui, permisimus. In quorum fidem &c Actum ut Supra. Oblata Juris Emphyteutici Super Octo Mansos Pascuales Sparrau dictos in Insula Minori Œconomiæ Mariaburgensis sitos. Gnosis Bandre Conjugibus, ipsorumq Successoribus servientis.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Literas Originales papyreas Jus Emphyteuticum Super Octo Mansos Pascuales in Insula Minori Œconomiæ Mariaburgensis sitos Sparrau dictos Gnosis Bandre Conjugibus, ipsorumq Successoribus servientes in se continentes, Manu Serenissimi olim Augusti Tertii Regis Prædecessoris Nostri Subscriptas, Sigillogq Majori Regni Communitas, Sanas, Salvas, illæsas, omnique Suspicionis notâ carentes Tenoris Sequentis = Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscia, Severiæ, Czernichoviæq, Necnon Haereditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quia Nobis habito

respectu

motione, appellatione, earumq' quavis Modo prosecutione, suis cum
Successoribus tenebitur. Hæc sua personali Recognitione ad premissa
mediante. Alias informa Inscriptionis Retroactoria dotis, de jure plenissima
et perfectissima. Pro majori vero firmitate manu propria se Sub-
scripsit.

Andreas Princeps Poniatowski

Secretarius

Quam ejusmodi Inscriptionem Reformatoriam sic ut præmissam fa-
ctam et recognitam Confirmam de jure validamque relinqui justa formâ
Actus ut supra.

Actum Varsavia Feriâ Sexta in Vi-
gilia Festi Sancti Laurentii Levitæ
et Martyris Die scilicet Nona Men-
sis Augusti Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Sexagesimo Quinto
Regni verò Nostri Primo Annô.

Ad Relationem Supraseri Illmi et Rndmi
Dni Procancellarii Regni.

Inscribit Specialem Plenipotentem Gnosus Georgius
Vilhelmus Goltz Capitaneus Tucholien Generalis Locum
tenens in Exercitu S. R. Mttis et Reipublicæ, Gnosum
Augustum Stanislaum Goltz Capitaneum Graudentin
Generalem Majorem in Exercitu Regni Fratrem suum.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus Metrices
Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Comparens personali-
ter Gnus Georgius Vilhelmus Goltz Capitaneus Tucholien
Generalis Locum tenens in Exercitu Nostro et Reipublicæ, tam
mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Juris-
dictionibus suis quibuscunque propriis, huic autem Juriudictio-
ni Nostræ Regiæ quò ad infrascripta recognoscenda attinet.
se subjiciendo et incorporando, palam, sponte, libere ac
benevolè recognovit, præsentibusque recognoscit. Quia
Ipse Gnosum Augustum Stanislaum Goltz Capitaneum
Graudentinen Generalem Majorem in Exercitu Regni
Fratrem suum Germanum in suum verum, legitimum,
indubitatum, ac specialem Plenipotentem elegit, constitu-
it, inscripsit, et solemniter ordinavit, prout præsentibus,
elegit, constituit, inscribit et solemniter ordinat. Dans et
Concedens Eidem plenariam, facultatem, omnimodam absо-
lutam q potestatem Causas suas tam Juris quàm facti
judiciarias generaliter omnes et singulas cum quibuscunque
personis, occasione cujuscunque Negotii in omni Judicio et Officio
Regni, etiam Tribunalitiis Judiciis, ac quovis Foro, tam ex Actо-
ratu quàm et recatu habitas et habendas, institutas et institu-
endas, promovendi, defendendi, jure suendi, Compartitiones in-
scribendi, Decreta exigendi, favorabilia acceptandi, à Contrariis
movendi et appellandi, Appellationes prosequendi juramenta atter-

tandi,

tandi, penas Judiciarias Levandi, delevatis quietandi, Executiones Decretorum urgendi, Intromissiones in Bona offerendi et apprehendendi, Condescensiones attentandi, Arresta imponendi, Compromissa inscribendi, Transactiones quascris, ac Contractus tam intuitu hæreditatis et Successionis Ei Recognoscentem concernentia, quàm alio quocunque titulo sibi competentia ineundi, et conscribendi, Actis Authenticis Regni roborandi, Resignationes Bonorum Nomine sui faciendi, et in persona sui resignatorum suscipiendi, Summas Levandi, delevatis quietandi, aut à quopiam contrahendi, Contractas super Bonis sui Recognoscentis inscribendi et assecurandi, alios Plenipotentes præcipuè ad Causas infrascripti Sui substituendi, Cæteraq; omnia vero, Legitimos et speciales Plenipotentes concernentia munia peragendi et exequendi. Promittens se id totum, quidquid per supradictum Suum Plenipotentem Sum factum, et gestum fuerit pro rato grato et valido suscepturum, idq; sub Vadio centum Millium Florenorum Bonæ Monetæ a se Recognoscente, in quovis Judicio et Officio competenti vindicando. Quam suam Plenipotentiam ad triennium integrum durare debere vult, de præsenti sua Recognitione declarat. Pro majori verò firmitate manu propriâ se subscripsit.

Georgius Wilhelmus Grotz
Capitan, Duche Gen. Lour

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut præmissum Literarum et recognitam, Nos firmam, ac de jure validam haberi volentes eandem ad Acta Cancellariæ Nostræ suscipi fe. retegua juxta formam. Georgiorum fidem pu Actum ut supra fo.

Actum Varsaviæ Feriâ Secundâ post Festum Sancti Egidii Abbatis proximâ Die videlicet Secundâ Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto. Regni vero Nostri Primo Anno.

Ad Relationem Illmi et Rmi Domini Andreæ Stanislai Modzicioviski Archicancellarii Regni.

Robertat Illus Theodorus Wessel Supremus Regni Thesaurarius Scriptum certum in rem Suam Ambrosii Thomæ Czempinski Metrices Thesauri Rmi Præsentis Datum.

Stanislaus Augustus fe.

Significamus fe. Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni

Regni Cancellaria Nostra Minoris comparens personaliter Magnus Theodorus Wessel Supremus Regni Thesaurarius sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostra Regie quò ad infra scripta recognoscenda attinet, se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, palam, sponte ac per expressum recognovit, presentibusq; recognoscit. Quia Ipse Scriptum Certum per se Recognoscentem in rem et personam Magni Ambrosii Thoma Czerpinski Metrices Thesaurii Regni Prefecti hic Varsavie sub die Duodecima Mensis immediate preteriti Augusti Anno nunc Currenti Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto datum, Manu sua propriâ subscriptum, et Sigillo suo gentilitio in cera rubra expresse communitum, in omnibus ejus et singulis punctis, clausulis, nexibus, articulis et ligamentis approbat, roborat, confirmat et ratificat, eidemque tam in toto, quam in quavis minima illius parte, stare, parere, et plene satisfacere, illudque firmiter tenere et complere se suis cum Successoribus, de et super Bonis suis generaliter omnibus, inscribit, submittit, obligat et assecurat. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante. Aliàs in forma Inscriptionis Roboratoria de jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu propriâ se subscripsit.

T. Wessel P. V. Thr.

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sicut premissum fuit et recognitam fe. religna juxta formam. Actum ut supra.

Recedunt à Juribus Suis ad certos Mansos in Villa Regali Livald seu Rywald in Palatinatu Culmen jacente habitis Groß Mangettowie Conjuges.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis presentibus Metrices Regni Cancellarie Nre Minoris Comparentes personaliter Gnosi Joannes Jacobus Lini Nominis de Manget Vicecolonellus Regimenis Guardie Pedestris Nostre, et Gottlieba Cristina de Braun invicem Conjuges, sanimentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nre Regie quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se cum Bonis suis omnibus subjiciendo et incorporando

160. rando, palam, sponte, libere, ac per expressum recognoverunt, pre-
sentibusque recognoscunt. Quia Ipsi a quovis Jure suo pretenso
ac Privilegiis tam super Marcis Viginti quatuor, quam, et super
Marcis quatuor, distinctim a Serenissimo olim Augusto Ter-
tio Rege Predecessore Nostro sub die Decima quinta Men-
sis Maii Anno Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo
Septimo in medietate Villa Livald seu Rywald Nostre
Regalis in Palatinatu Culmensi consistentis ad sinistram
Cancellarie informationem obtentis, nec non a causa et actio-
ne intuitu premissorum Mansorum ad Judicia Nostra
Assessorialia Gnosis Thome Szapski et Marie, conjugibus
Capitaneis Krzyżyne, instituta et intentata, ibidemque
huc usq; vertente, nihil sibi juris, aut cujusvis pretextus
ex Ds obtentorum Corundem Privilegiorum ad mentiona-
tos Mansos Regales tam Viginti quatuor, quam distinctim
quatuor in medietate prenominate Ville Rywald existen-
tes, reservando, recedent, et iisdem Privilegiis uti admini-
stram Cancellarie Informationem expertatis renuntiant;
jam vero de toto et integro Judiciario Processu in Judiciis
Nostris Assessorialibus hucusque ea in Causa continuato,
Manifestationibus quibuscunq; Ministerialium Relationibus,
Intromissionibus, item Gnosi Margetowie Conjuges Le-
gatos Gnosos Szapskie Capitaneos Krzyżyne Conjuges
ipsorumq; Successores, quietant, absolutosque faciunt. et
pronuntiant. Hac sua personali recognitione ad premissa
mediante. Pro majori vero firmitate manibus propriis se
subscripserunt. JDE Manget obiit Lieut

Christina Gottlieb de Manget

Quem ejusmodi Recessum sic ut premissum fatt et recognitum
Nos ad Acta presentia suscipi fo religiua juxta formam Actus ut supra.

Actum Varsavie Feria Tertia
post Festum Sancti Egidii Abbatis
proxima Die scilicet Tertia Men-
sis Septembris. Anno Domini. Mil-
lesimo Septingentesimo Sexagesi-
mo Quinto. Regni vero Nri primo Anno.
Ad Relationem Supraseri Illmi et Rndi
Dni Vicecancellarii Regni.

Recedit

Recedit à Manifestatione sua de tempore Interregni 161. in Actis Castrey Capitanealibus Varsavien. 1763ti Anno facta Illustris Theodorus Wessel Supremus Regni Thesaurarius.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nostrae Minoris Comparens personaliter Illustris Theodorus Wessel Supremus Regni Thesaurarius, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunque propriis, huic autem Jurisdictioni Nrae Regiae quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et imperando, palam, sponte ac per expressum recognovit, praesentibusq; recognoscit. Quia Ipse à Manifestatione intuitu Summarum ex Remanentibus Salisfactionarum Vielicensium, Bochnensium et Samboriensium mediante Contractu Sibi in Arendam ab Aula seu Camera Serenissimi olim immediate dominantis Augusti Tertii Regis Poloniae Dimissarum, proventientium, de tempore Interregni per se Recognoscentem ad Acta Castrensia Capitanealia Varsavien. Feria Sexta in Crastino Festi Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Tertio porrecta, et in iisdem facta recedit, eamdemque plene et ex integro tollit, cassat, mortificat et annihilat. Hac sua personali Recognitione ad praemissa mediante. Alias informa Recessus de jure plenissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit. T. Wessel S. R. T.

Quem ejusmodi Recessum sicut praemissum factum et recognitum Nos ad Acta praesentia Suscipi &c. reliqua juxta formam. Actum ut supra.

Recedit à Manifestatione seu Remanifestatione in Actis praesentibus praecustodita. Princeps Augustus Franciscus Ossenius Serenissimae Domus Electoralis Saxonicae Legationum Consiliarius.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nostrae Minoris Comparens personaliter.

162. naliter Grösus Augustus Franciscus Esperius Legationem
Serenissima Domus Electoralis Saxonica Consiliarius
Specialis, Ejusdem Plenipotens et Mandatarius. Sanus
mente et Corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdi-
ctionibus Suis quibuscunq; propriis, huic autem Jurisdictioni
Sræ Regiæ quo ad infra Scripta recognoscenda attinet, se Sub-
jiciendo et incorporando, fidem, sponte ac per expressum
recognovit, præsentibusque recognovit. Quia Ipse à Mani-
festatione seu Remanifestatione in et contra Manifesta-
tionem Magci Theodori Wessel Supremi Regni Thesau-
rarii de tempore Interregni in Actis Castrensibus Capitanea-
libus Varsaviæ Feria Sexta in Crastino Festi Immacu-
latæ Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ Anno Mil-
lesimo Septingentesimo Sexagesimo Tertio emissam, fac-
enda, et sibi hic in Actis Metricis Regni Feria Sexta
ante Dominicam Sexagesimæ proximâ Die scilicet Mar-
tâ Mensis Februarii Anno præsenti Millesimo Sep-
gentesimo Sexagesimo Quinto, vigore Mandatorum Se-
renissimæ Stulæ Electoralis Saxonicæ ad id datorum, pre-
custodita, recedit, dictamq; memorata Manifestatio-
nis seu Remanifestationis ad quavis Acta Authentica
Regni perrigenda præcustoditionem supra deductu exa-
ratam, ex toto et integro tollit, cassat, mortificat et annu-
lat. Hac sua personali Recognitione ad premissa
mediante. Aliàs in forma Recessûs de jure plenissima,
firmissima et perfectissima. Vir majori verò firmitate
manu propria se Subscripsit.

Augustus Franciscus Esperius.

Quem ejusmodi Recessum sic ut præmissum factum et rec-
gnitum Nos ad Acta præsentia Jussimus inseribi &c. reliqua juxta
formam. Actum ut sup.

Actum Varsaviæ Feria Se-
cundâ post Festum Exalta-
tionis Sanctæ Crucis proxi-
mâ Die scilicet Decima Sextâ
Mensis Septembris Anno
Domini

Domini Millesimo Septingentesimo
Sexagesimo Quinto Regni vero
Nostri Secundô Anno.
Ad Relationem Supraseri Illrmi et Rndmi
Dni Procancellarii Regni.

Edit de Capitaneatu Strasburgensi in Palati-
natu Culmensi sito. Magnus Andreas Zamoyski
Supremus Regni Cancellarius Gnosis Carolo de
Schmidt, Intimo S.R.Mtis Consiliario et Anne
de Frize Conjugibus.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Me-
dicis Regni Cancellariae Nostra Minoris comparens perso-
naliter Magnus Andreas Zamoyski Supremus Regni Can-
cellarius, Sanus mente et corpore existens, recedendo à Fo-
ro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibuscvis propriis, hui
autem Jurisdictioni Nostra Regia quo ad infrascripta
recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, pa-
tam, sponte ac per expressum recognovit, praesentibusque
recognoscit. Cuius Ipse inhaerendo Literis Consensus Nostri
Regii de data illius hic Varsaviae Die Decima Tertia
Mensis et Anni Currentium sibi Recognoscenti ad le-
dendum de Capitaneatu Strasburgensi in Palatinatu
Culmensi sito, benigne a Nobis dati, Manu Nostra Re-
gia subscriptis, et Sigillo Minori Regni communitis,
ad praesens in suo originali illesa exhibitis tenoris se-
quentis = Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Po-
lonia, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Maso-
viae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae,
Livoniae, Smolenscia, Severiae, Czerniechoviae. Signifi-
camus praesentibus Literis Nostris quorum interest
universis et singulis. Consensisse Nos et permisisse, con-
sentireq et permittere praesentibus Literis Nostris Mgro
Andreae Zamoyski Supremo Regni Nostri Cancellario
ut possit et valeat, de omni et integro Jure Suo Advita-
litiali, quod ipsi Super Capitaneatum Strasburgensem
in Palatinatu Culmiensi situm servit et competit cedere,
illudq in Personas Gnosorum Caroli de Schmidt Consiliarii

Nostri

164. Nostri Intimi et Anna de Frize Conjagum Legitimorum trans-
ferre et transfundere. Qua quidem Cessio, Juriq; Transfusio
postcaquam coram Actis quibusvis authenticis Regni facta
et recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri su-
mus, uti eam quo pravio horce Consensu Nostro perage-
tur. Vigore Cujus Cessionis, Juriq; Transfusionis in virtu-
te praesentis Consensus Nostri Satis, dictum Capitanea-
tum Strasburgensem cum omnibus Villis, praediis, pala-
tiis, Structuris, aedificiis, agris, pratis, Campis, Sylvis, Ber-
ris, gaiis, nemoribus, Stagnis, Piscinis, Lacubus, fluviis,
fluminibus, molendinis, braxatoriis, tabernis, Subditis
eorumq; diurnis Laboribus, Censibus, dationibus, commo-
dis et emolumentis, cunctis denique attinentiis et per-
tinentiis, nullis penitus exceptis, sed ita Late, longe et
circumferentialiter, prout ab antiquis et immediatis
Possessoribus tenebatur, praefati Gnosi Carolus de Schmidt
et Anna de Frize Conjuges ambo et in solidum, tenebunt
habebunt et possidebunt, vel una vitâ functo, alter le-
rum Superstes tenebit, habebit et possidebit ad extre-
ma vitæ sua tempora. Promittimus autem pro Nobis
et Sermis Successoribus Nostris, non esse Nos, Sereniss-
simosq; Successores Nostros, ab usu et pacifica possessio-
ne dicti Capitaneatûs Strasburgensis cum attineti-
is Praefatos Gnosos Carolum de Schmidt, et Annam
de Frize Conjuges ambos amoturos, neq; amovendi
potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum
Jus Advitalitiale eisdem Conservaturos, quod et Se-
renissimi Successores Nostri praestabunt. Ratione au-
jus Advitalitatis constitutam per Lustratores ad
mentem Novellæ Legis quartam partem proventuum
statu tempore quotannis ad Thesaurum Regni inter-
re tenebuntur. Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ,
Ecclesiæq; Romano Catholicæ salvis manentibus. In quo-
rum fidem praesentes Manu Nostrâ Subscriptas Sigil-
lo Regni Communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die
XIII. Mensis Septembris Anno Domini MDCCLXV.
Regni vero Nostri Secundo Annô. Stanislaus Augu-
stus Rex. Locus ✠ Sigilli Cancellaria Minoris Regni. Con-
sensus Cedendi de Capitaneatu Strasburgensi in Palatinatu

Culmensi

Culmensi sito Magco Andrea Zamoyski Supremo Regni Cancellario, in Personas Generosorum Caroli de Schmidt Intimi S.R.Mtis. Consiliarii et Annæ de Frize Conjugum Legitimorum indolitum datur. Antonius Siborski S.R.Mtis et Sigilli Regni Secretarius atergo harum Literarum Contextus Verborum Tenores Prosdr. cellariatu Illmi et Rndmi Domini Andreæ Stanislai Modzieiowski Prosancellarii Regni Sigillatum. Jam ea nunc, et de facto de omni et integro Jure suo Advitalitio, quod, quale et quantum Sibi Recognoscenti ad præfatum Capitaneatum Strasburgensem in Palatinatu Culmensi situm vigore Privilegii et Jurium suorum servit et competit, actenusque serviebat et competebat, in Personas Generosorum Caroli de Schmidt Intimi Vestri Consiliarii et Annæ de Frize Conjugum cessit, abscessit et condescendit, prout præsentis Cessionariæ Inscriptionis virtute tam de præsenti quam Advitalitio, Privilegio ac Juribus suis, quam de eodem Capitaneatu Strasburgensi, ejusq; Villis, prædiis, palatiis, structuris, ædificiis, agris, pratis, campis, sylvis, borris, nemoribus, stagnis, piscinis, lacubus, fluviis, fluminibus, ~~piscariis~~, molendinis, braxatoriis, tabernis, subditis, eorumq; laboribus, censibus, dationibus, commodis et emolumentis, cunctis denique attinentiis et pertinentiis nihil pro se Recognoscente excipiendo aut reservando, cedit, condescendit, et plene ad tenendum, fruendum et possidendum resignat, omnesq; hoc Jus suum Advitalitium possessionem et usumfructum in eosdem Gnosos Carolum de Schmidt et Annam de Frize Conjuges transfert, transfundit, et transportat. Intromissionem realem actualem et pacificam possessionem per Ministerialem Regni Generalem quemvis, et Nobiles duos quosvis facilius Conducendos in prædictum Capitaneatum Strasburgensem officiose acceptandam iisdem Gnosis Cessionariis suis quovis tempore dat, et libere admittit, datamq; et admissam nec per se, nec per quosvis Subditos et Subordinatos personas prædecessorum aut impugnaturum se inscribit et obligat. Hac sua personali recognitione ad omissa mediante. Alias in forma Inscriptionis Cessionariæ de Jure firmissima coperfectissima. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit.

Andreas Zamoyski
Supr: Regni Cancellarius

Quam ejusmodi Inscriptionem Cessionariam, sic ut præmissum factam et recognitam Nos firmam, ac de jure Validam haberi volentes, eandem ad Acta Officii resignavimus juxta formam. Actum ut supra.

166. Sub eodem Actu.

Oblata Rescripti S. R. Mtis. Additionis Tutorum Grosso Henrico Bandre Minorenni.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta praesentia Metricas Regni Cancellaria Nostra Minoris Literas Originales propyreas, Manu Nostra Regia Subscriptas, et Sigillo Minori Regni Communitas. Rescriptum Additionis per Nos Tutorum Grosso Henrico Bandre Minorenni in se continentes, Sandas, Salvas, illaesas, omnig Suspicione carentes, tenoris sequentis: Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masovia, Samogitia, Kijovia, Volhynia, Podolia, Podlachia, Livonia, Smolenscia, Severia et Czernichovia. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. Quia Nos honestae educationi, utilig Bonorum Administrationi Grosi Henrici Bandre Minorennis ex olim Groso Francisco Bandre Consiliario Status Saxonici, cum Groza Anna de Hamilton suo procreati Filii &: tanquam Supremus in Regno Nostro omnium Pupillorum Patronus &: prospicere cupientes, ne Bona ipsius ob non susceptam eorum curam per Testamentarios a Patre ei assignatos Tutores, inordinata administratione deteriorentur, aut deperdantur; Ipsi in Tutores: Magnum Andream Zamoyski Supremum Regni Cancellarium, et Grosum Stanislaum Potz Capitaneum Graudentinensem Generalem Majorem in Exercitu Regni dandos et designandos esse duximus, prout quidem praesentibus Literis Nostris damus et designamus plenam et omnimodam facultatem Ipsis tribuendo, ut praefatum Grosum Bandre honeste educari, optimis q moribus instrui faciant, bonag ipsius omnia tam mobilia quam immobilia post mortem Patris vigore Ed divisionis inter Coheredes Caput illius concernentia, in dispositionem suam recipiant, et illa usq ad competentiam Annorum Supramemorati Pupilli

adminis-

administrent, et quæ pro Pupilli fructu conservanda non censebunt, ipsa si possibile erit, pravia plus afferentia, et si hæc non occurrerit, juxta Taxam Divendi demandent, collectaj ex paratis, et pro diversendis ejus bonis Capitalia in fructus eloco ent, postquam autem ad competentiam Annorum pervenerit, et composita administrationis suorum Bonorum evaserit, illi Sortem ipsius in administratione sua Jutelæ existentem prævio Calculo et Quietantia de recte administrata, restituant, cæteraque Omnia quæ Munus et Officium Jutorum de jure concernunt, peragant et implcant. In quorum fidem præsentes Literas Manu Nostrâ subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XII. Mensis Septembris, Anno Domini MDCCLXV. Regni vero Nostri Anno II. Stanislaus Augustus Rex. Loco Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Reperiptum Additionis Tutorum Incopo Henrico Baudre Minorenni. Antonius Sikorski S.R.M. et Sigilli Regni Secretarius mp. Quas ejusmodi Literas Reperipti supra exaratas, Nos ad Acta præsentia suscipi, inseribi, et ex iisdem fideliter descriptas, Parti postulanti Authentice extradi, Originale illarum Offerenti restituj: de quo recepto Cancellaria præsentibus quietatur: permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Quartâ ante Festum Sancti Matthæi Apostoli et Evangelistæ proximâ Die scilicet Decimâ Octava Mensis Septembris Annô Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto Regni verò Nostri Secundô Anno. Ad Relationem Illmi et Excellmi Dni Andreæ in Bieżun et Kutno a Tamosz Tamoyski Supremi Rni Cancellarii.

Offert ad insinuandum Nobilis Joannes Franciscus Albani Testimoniales legitimè contracti inter Nobiles Antonium Bonaventuram Bitrot et Louisam Regis Matrimonii,

168. Tum Copiam Extractûm Authenticâ Oblatâ ipsorum Con:
tractûs seu Intercisa Matrimonialis.
Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Quod ad Acta præsentia Metrices Regni
Cancellaria Nostra Minoris Veniens personaliter Nobilis
Joannes Franciscus Albani, obtulit ad inserendum dictis
Actis ingrossandum infrascripta binâ Authentica docu:
menta, nimirum: Testimoniales legitimè Contracti inter
Nobiles Antonium Bonaventuram Pitrot et Ludovicam Re:
gis Matrimonii, ex Libro Metrices Copulatorum Insignis
Ecclesiæ Collegiatæ et Parochialis Varsaviæ depromptas.
tum Transumptum Oblatæ Contractûs inter præfatos
Nobiles jam Conjuges initi, ex Actis Consularibus Civi:
tatis Nostræ Antiquæ Varsaviæ in forma probante et
authentica reseriptum, utraque testimonio Remi in
Christo Patris Dni ad Nos, Regnumq; Nostrum Nuntii
Apostolici, manu illius propriâ Subscripto, et Sigillo
Communito Authorizata, Sana, Salva, illæsa, omnique
Suspicione Carentia, quorum Tenores sunt Sequentes.
Et quidem Testimonialium legitimè Contracti Matrimo:
nii = Datum in Collegiæ Vicariorum Regio Insignis Eccle:
siæ Collegiatæ et Parochialis Varsaviensis Sancti Joannis
Baptistæ Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexage:
simo Quinto Die Undecima Mensis Septembris. Infrascri:
ptus requisitus de extradendo Authentico Testimonio legi:
timi Contractûs Matrimonialis in tenore exprimendarum
personarum, illud è Libro Metrices Copulatorum ad Eandem
Regiæ Insignem Ecclesiam Collegiatam et Parochialem Varsa:
viensem Sancti Joannis Baptistæ asservato, de verbo ad verbum
extraxi prout Sequitur: Anno Domini Millesimo Septingente:
simo Sexagesimo Primo Die Vigesima Sexta Mensis Novem:
bris, Perillustris Reverendissimus Dominus Felix Paulus Jur:
kii Canonicus Metropolitanæ Ecclesiæ Gnesnensis et Varsavi:
ensis, Officialis Generalis Varsaviensis, ac per Ducatum Maso:
viæ, Dispensatis Bannis, previis diligenti examine, nullog re:
perto impedimento Canonico per me Sebastianum Jacobum
Leib Vicarium Perpetuum, ac pro tunc Chori Hebdomadarium
ejusdem Ecclesiæ, Matrimonium mutuo Libero Consensu con:
tractum inter Generosos Bonaventuram Pitro Juvenem, et
Ludovicam

Ludovicum Regis Virginem in assistentia mei Chori hebdomadarij Su=
pra memorati benedixit, praesentibus Generoso Domino Joanne Franci=
sco Albani, et Generoso Carolo Bolduc. Quod ita repertum Testor. In cu-
jus rei meliorem fidem manu propria me Subscribo, ac Sigillo Collegii
communio. Varsaviae Anno et Die ut Supra. Sebastianus Jacobus Leib
Vicarius perpetuus ejusd. Ecclae, Procurator Collegii mppa. Locus ✠ Si=
gilli Collegii Vicarialis= Testimonii vero Rerum in Christo Patris Dni
Nuntii Aplici hasce literas praeexpressas authorizantis ex est tenor talis=
Antonius Eugenius Vicecomes Dei et Apostolicae Sedis Gratia Ar=
chiEpus Ephesinus, Sanctissimi Dni Nostri Dni Clementis Divi=
na Providentia Papae Ejus Nominis XIII. Prelatus, Domesticus,
Ejusdemq; et Sanctae Sedis Aplicae in Regno Poloniae et Magno Du=
catu Lithuaniae cum facultatibus Legati de Latere Nuntius. Uni=
versis et Singulis praesentes Visuris, Lecturis, Legive Audituris no=
tum, Testatumque facimus, Ex fide digna relatione Nobis con=
stare Superapositum Testimonium esse manu propriâ Scriptum
et Subscriptum Admi Rndi Sebastiani Jacobi Leib, Eumque esse
Vicarium perpetuum Ecclesiae Collegiatae et Parochialis S. Joan=
nis Baptistae, ac Sigillo proprio Collegii Vicariorum ejusdem
Ecclesiae Sigillatum. Datum Varsaviae Die Decima Septima
Mensis Septembris 1765. A. E. Archiep. Ephes. Nunc. Aplicus
Locus ✠ Sigilli ejusdem Rerum in Christo Patris Dni Nuntii
Aplici. Petrus Jastrzembski Cancellarius.= Extractus vero Obla=
tae Contractus Matrimonialis Supra insinuati Tenor Sequens:
Actum Varsaviae Sabbatho pridie Dominicae Quadragesimae
Die Vigesima Septimâ Mensis Februarii Anno Domini Mille=
simo Septingentesimo Sexagesimo Secundo. Ad Officium
et Acta praesentia Consularia Civitatis Antiquae Varsaviae
personaliter Veniens Honoratus Joannes Franciscus Alba=
ni, Mercator Civis Varsaviensis, nomine, et ex Speciali Com=
missu Nobilium Antonii Bonaventura Vitrat et Louisae
Regis Conjugum agens, obtulit Officio praesenti, et ad inse=
rendum ad Acta praesentia produxit Contractum inter pra=
fatos Nobiles, Antonium Bonaventuram Vitrat et Louisam
Regis Conjuges hic Varsaviae die Vigesima Octava Men=
sis Novembris Anno proxime praeterito 1764. initum et con=
clusum, Idiomate Gallico inscriptum, et Subscriptum infra=
scriptum, Sanum, Salvum et illaesum, omniq; Suspicionis no=
tâ Carentem, eundemque ad Acta praesentia Suscipi, iisdem
inseri, et ingrossari petiit, et obtinuit, Cujus Tenor talis= Con=

trait de Mariage fait à Varsovie ce 28. Novemb 1761. entre
Mr. Antoine Bonaventure Pitrot, né à Marseille in Provence
Le trente et un Mars, Mil sept cent vingt sept, Baptisé à l'
Eglise Paroisale de St. Feriol de la ditte Ville, actuellement
Premier Maitre des Ballets de S. M. le Roi de Pologne Elec-
teur de Saxe etc et Madelle Louise Regis dit Roy aussi
de Marseille et Baptisé à St. Feriol, presentement dans
Les Ballets de S. M. le Roi de Pologne Electeur de Saxe etc
Le dit Sieur Antoine B. Pitrot, et la Damoiselle Louise Re-
gis ditte Roy conviennent d'un commun accord de ce qui
Suit: Premierement tout les Byaux, Dyaments, Tabatieres,
et quel Conques appartiennent au dit St. Antoine Bonaven-
ture Pitrot, ils conviennent de faire enisemble communité
des Biens touts presents, passé, que futurs ou avenir le
St. A. B. Pitrot, et la Damoiselle Louise Regis ditte Roy
entendant par les Biens Meubles, immeubles, argent,
maisons, Contrat des Rentes, Rentes, Terres, aquisitions,
et Pretentions passées, presentes, et futures, au avenir
de quelle espece, qu'elles soient, ou qu'elles puissent etre.
Les dites Contractens conviennent des plus de faire en-
semble selon l'usage de Paris au dernier vivant touts
Les Biens, C'est à dire, que celui, qui Survit à l'autre
sera paisible possesseur, et Seul eritier de tout ce qu'ils
avoient des Biens en Commun et en particulier, com-
me les Byaux, Dyaments etc ils appartiennent au Seul
St. A. B. Pitrot, il pretend qu'à sa mort, s'il decede le
premier sa femme en soit Seulle Entiere, comme de
tout Le reste du bien ses hardes et Linge seront compris
dans Les meubles. Le St. Pitrot et La Damoiselle Regis
Son Epouse reconnoissent pour Legitime la fille qu'ils
ont eût ensemble Le Mois d'Avril passé de l'Année
1761. née à Paris Baptisé à la Paroise de St. Eustache
Sou Le Nom de Louise Charlotte Pitrot, Les Contractants
pretendent, que La ditte fille nommé Louise-Charlotte
Pitrot puisse heritier des Biens qu'ils ont eu seule,
s'il ne nait point d'autres enfants après Le Mariage
et en partage si elle à des freres et des Soeurs Legiti-
mes. Antoine Bonaventure Pitrot, Louise Regis Le
Brun

Brun – comme Temoin J. F. Albani. Post cujus quidem Contractus
ad Acta praesentia insertionem, Originale ejusdem Idem Hono-
ratus Offerens ad Se rursus recepit, et de recepto Officium pre-
sens ejusq; Cancellariam quietavit, quietatq; praesentibus.
Ex Protocollo Actorum Officii Consularis Ct. Varsaviae Ex-
ratitum. Locus ✠ Sigilli Civitatis. Jacobus Stanislaus Al-
brecht S. R. Mtis Scriba, Officii Consularis Civitatis Antiquae
Varsaviae Notarius m.p. = Testimonii vero Rmi in Christo Pa-
tris Dni Nuntii Aplici hisce Extractus literis appositi Tenor
est ejusmodi. = Antonius Eugenius Vicecomes Dei et Apostolicae Sedis
Gratia Archiepus Ephesinus, Sanctae Dni Nostri Dni Clementis Divi-
na Providentia Papae ejus Nominis XIII. Praelatus Domesticus et Assi-
stens, Ejusdemque et Sanctae Sedis Aplicae in Regno Poloniae et Magno Du-
catu Lithuaniae cum Facultatibus Legati de Latere Nuntius. Univer-
sis et Singulis quorum interest, notum, Testatumq; facimus, Fide
digna relatione Nobis constare Supradictum Nobilem Dnum Jacobum
Stanislaum Albrecht, esse talem qualem se facit, scilicet Notarium
Officii Consularis Civitatis Antiquae Varsaviae, et Secretarium S. R. Mtis,
ipsiusq; Scripturis et instrumentis Semper adhibitam fuisse, et ad
praesens adhiberi fidem. Datum Varsaviae Die 17. Mensis Septembris
Anno Dni 1765. A. E. Archiep: Ephes: Nunc: Aplicus. Locus ✠ Sigilli
Ejusdem Rmum in Christo Patris Dni Nuntii Aplici. Petrus Jastrzem-
ski Cancellarius. = Sic ut praemissum (Tua ejusmodi Suprascripta bina Documenta,
oblata, Nos ad Acta praesentia Suscipi, in-
scribi, et eadem fideliter rescripta Parti postulanti Authen-
tice extradi, illaque Offerenti restitui permisimus, de quibus
receptis Cancellariam Nostram quietavit, quietatq; praesen-
tibus, ac in majorem fidem manu propria Se subscripsit.

J. F. Albani ℔ In quorum fidem ℔ Actum ut Supra.

Sub eodem Actu.

Ratificat Fundationem suam in rem Collegii
Veteris Varsav Societatis Jesu Provinciae Masovia
de Anno 1765 factam Rndus in Christo Pater
Josephus Załuski Episcopus Kijoviae et Czerniechoviae
Stanislaus Augustus ℔
Significamus ℔ Quod coram Actis praesentibus Metri-
cae Regni Cancellariae Nostrae Minoris Comparens per-
sonaliter Reverendus in Christo Pater Josephus Załuski
Episcopus

172 Episcopus Kijovie et Czerniechovie, sanus mente et corpore
existens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis
quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ
quo ad infra scripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et
incorporando, palam, sponte, benevole, ac per expressum re-
cognovit, præsentibusque recognosit. Quia Ipse providen-
do omnimode firmitati recentis de radice Fundationis
suæ, in rem Collegii Veteris Varsaviensis Societatis Je-
su Provinciæ Masovie cum onere conservandæ semper
in bono statu publicæ Zaluscianæ Varsaviensis Bi-
bliothecæ, magnis suis sumptibus comparatæ ac erectæ,
atque pro Quatuor Religiosis Patribus ejusdem Provin-
ciæ Masoviæ Societatis Jesu, ac dictæ Bibliothecæ
quaternis in qualibet Septimana Vicibus s: fine lege-
dorum ab iis, qui id requisiverint, Librorum s: aperien-
dæ, curam et custodiam per suos Superiores designan-
dis, ac circa illam permansuris, coram Actis Terre-
stribus Pernensibus Districtûs Garvolinensis ad mer-
tem Legis publicæ de Novis Fundationibus Sancitæ,
Feriâ Quintâ in Crastino Festi Sancti Hiliani Mar-
tyris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Se-
xagesimo primô mediante Inscriptione à Se recogni-
tâ, et ad Acta Castrensia Capitanealia Varsaviensia
Feria Sextâ post Festum Sancti Bartholomæi Apo-
stoli proximâ Anno Millesimo Septingentesimo
Sexagesimo Tertio per Oblatam translatâ, facta,
amovendo quasvis contra memoratam Fundatio-
nem per quempiam futuris aliquando temporibus
quovis sub pretextu impetitiones, abiisdemque
præfatum Collegium Vetus Varsaviense Societa-
tis Jesu Provinciæ Masoviæ eliberando, et indemne
reddendo, hanc ipsam Fundationem Suam publico
commodo inservientem, et spontanee, præmedita-
toque Animo Susceptam, tum ejus intuitu Inscripti-
nem Supra de Actu expressam, quo ad omnia et sin-
gula in ea contenta, nexus, obligationes, fundorum,
arearum, Domuum, Curiæ muratæ, Palatii, ipsiusque

memo-

memoratæ publicæ Bibliothecæ cum universis in ea prostantibus Libris, prænominato Collegio Veteri Varsaviensi Societatis Jesu Provinciæ Majoriæ donationem et resignationem, necnon censûs perpetui à Summa Quadraginta Sex Millium Florenorum Polonicalium in Bonis Gzyki in Terra Cernensi sitis inscriptionem et assecurationem, minimè illi contradicendo, sed potius firmiter adhærendo, approbat, confirmat et ratificat, roburque æviternum eidem præsentibus apponit et adjicit. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. Quam pro firmiori manu propriâ subscripsit.

+ Josephus Andr. Zaluski Epis. Kiov. mp

Quam ejusmodi Inscriptionem Ratificatoriam et approbatoriam Sic ut præmissum, factam et recognitam Nos firmam, ad de jure validam haberi volentes, eandem ad Acta præsentia suscipi, inscribi et ea iisdem fideliter descriptam Sarti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut sup.

Sub eodem Actu.

Oblata Privilegii Præfectura Metrices Thesaurisque Regni Nobili Ambrosio Thoma Czempinski collata.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nræ Minoris Literas Originales papyreas, Manu Nostra Regiâ subscriptas, et Sigillo Minori Regni communitas, sanas, salvas, illæsas, nullig' suspicionis obnoxias, continentes in se Privilegium super Munus Præfecturæ Metricæ Thesauri Nostri à Nobis Nobili Ambrosio Thoma Czempinski gratiosè Collatum tenoris sequentis = Stanislaus Augustus Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscia, Severiæ Czerniechoviæq; Significamus præsentibus Literis Nris quorum interest universis et singulis. Cum ad Regiam, Principumq' Majestatem et gloriam spectet, Viros industrios et benè meritos non solum præcipuo favore et protectione prosequi, verum etiam benignitate Regia promovere et adornare. Quare Nos quoq' Nobilis Ambrosii Thoma Czempinski eximias Virtutes, Rerumq' plurimarum experientiam, præclaras animi ejus dotes, promptumq' erga Nos et Rempublicam Nostram studium, atq' non interruptum per spatium

Triginta

Triginta Septem Annorum in Thesauro Regni et Curia Nostra intaminata fide obsequium, Commendatum habentes, dignum esse judicavimus, siquous Gratia Nostra Regia uberioribus Argumentis prosequeremur, et ad obeunda graviora negotia et officia eundem non admitteremus: ut Eidem Munus Scti Stephani Metricis Thesauri Curiæ Nostræ, quo jam ab aliquot annis omni diligentia et exactitudine fungebatur, damus, et Conferremus, uti quidem hisce Literis Nostris cum omnibus Suis Prærogativis, immunitatibus, prærogativis et libertatibus damus et conferimus ad extrema vitæ ejus tempora. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnus ac Magnificis Dignitariis et Officialibus Thesauri Regni Nostri notum esse volentes, mandamus, ut præfatum Nobilem Ambrosium Thomam Szempinski abhinc, pro vero, Legitimo, et indubitato Præfecto Metricis Thesauri Nostri, habeant, agnoscant et nominent, eique de Loco, juribus, prærogativis, muniis, Libertatibus, immunitatibus, et Ipsi respondeant, et ab aliis responderi curent, pro Gratia Nostra Regia, et officiorum Suorum debito. In quorum fidem præsentes Manu Nostra Subscripsimus, Sigillo Regni Communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXII. Mensis Decembris Anno Dni. MDCCLXVII. Regni vero Nostri Primo Anno. Stanislaus Augustus Rex. Locus ✠ Sigilli Minoris Regni. Mandatum Præfecti Metricis Thesauri Curiæ Nostræ Nobili Ambrosio Thomæ Szempinski datur. Antonius Sikorski a Secretis et Sigilli Regni Secretarius mp. Atergo harum literarum Contextus Verborum Sequens = Pro Cancellariatu Illustris et Magnifici Domini Andreæ Stanislai Młodzieiowski Protonotarii Regni Sigillatum. = Quas ejusmodi Literas Suprascriptas, Sic ut præmissum ablatas, Nos ad Acta præsentia Suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descriptas Stipulanti Authentice extradi, Originale Referenti rursus restitui fide quo recepto Cancellariam Nostram præsentibus quietat: permisimus. In quorum fidem Datum ut Supra.

Actum Varsaviæ Feria Quinta pridie Festi Sancti Francisci Confessoris, Die scilicet Tertia Mensis Octobris

Octobris Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Sexagesimo
Quinto. Regni verò Nostri II. Anno.
Ad Relationem Illmi et Rmi Dni An-
dreæ Stanislai Młodzieiowski Epi.
Cancellarii Regni.

Oblata Confirmationis Serenissimi Vladislai IV.
Regis Poloniæ Privilegiorum Ecclesiæ Parochialis
Kolomyiensis servientium.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens personaliter ad Acta præ-
sentia Metricas Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Gnojus
Michäel Orkusz obtulit ad inserendum, dictisque Actis ingros-
sandum Literas Originales Pargamenas Manu Serenis-
simi olim Vladislai IV. Regis Poloniæ Prædecessoris Nostri
subscriptas, Sigillo verò; quod appensum fuisse patuit:
carentes, Sanas, salvas, non Cancellatas, continentes in
se Confirmationem Erectionis et Fundationis Ecclesiæ
Parochialis Kolomyiensis tenoris sequentis = Vladislaus IV:
Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prus-
siæ, Mazoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Smolenskiæ, Severiæchó-
viæ, nec non Svecorum, Gothorum, Vandalorumq; Hæredi-
tarius Rex. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum
interest universis et singulis. Reproductas coram Nobis
fuisse Literas manu Serenissimi ac Desideratissimi Parentis
Nostri Subscriptas, et Sigillo Regni communitas Fundationis
Ecclesiæ Parochialis Kolomyiensis, tum et sessionis ac Donatio-
nis certorum proventuum per Magnificum olim Stanislaum
Wodek, Beltzensem, Haliciensem, Kolomyiensem Capitaneum pro Eccle-
sia Parochiali Kolomyensi factæ Seriem in se continentes,
Supplicatumq; Nobis, Eandem Authoritate Nostra Regia
approbare, Ratificare, et Confirmare dignaremur. Earum
verò is est qui Sequitur Tenor. Sigismundus Tertius Dei
Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prus-
siæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, nec non Svecorum,
Gothorum, Vandalorumq; Hæreditarius Rex. Significamus
præsentibus Literis Nris quorum interest universis et singulis.
Exhibita Nobis esse transcripta Privilegiorum, unius quidem
Authentice ex Actis Castrensibus Kolomyiensibus emanati et Sigillo mu-
niti, continens in se Confirmationem Serenissimi olim Stepha-

ni

ni Regis Decessoris Nostri, qua certe donationes Ecclesie Parochiali Kolomyiensi tituli Beatissime Virginis à Jenzo olim Joanne de Schodcz Halicien et Kolomyien Capitaneo in dotem perpetuam assignate, et per D. olim Joannem Albertum Regem approbate sunt alterius vero Solummodo copiam confirmationis serenissimi olim Sigismundi Augusti Contineus in se Privilegium D. olim Ludovici Polonie et tunc Marie Regis, quo donationem et incorporationem Ville Mochrzeczyncze cum suis attineis sumptu totius Communitatis Kolomyiensis acquisitæ Ecclesie verò pretata Parochiali firmat, Supplicaturq; est Nobis Venerabilis Bartholomei Kolacki Parochi, et Magistratus, Communitatisq; totius Kolomyiensis nomine, ut easdem Literas Authoritate Nostra approbare et confirmare dignaremur. Earum verò literarum Tenor est talis. Actum in Curia Regali Kolomyiensi Feria Quarta postridie Festi Omnium Sanctorum Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Duodecimo. Officium. Actaq; in Capitanea Curia Regali Kolomyiensi personaliter accedens Reverendus Pater Bartholomæus Kolacki Parochus Kolomyiensis facta Solenni protestatione ratione Thesauri Ecclesiastici rempe Kilichow, Satyn, Krzyżow duo wiełki y maly, ac aliorum ornamentorum, præcipuè verò Privilegiorum super immunitates et proventus Ecclesiæ tunc Parochiali servientes, quæ omnia circa Tamatum Onyszko Consulem Kolomyiensem tempore nuper prateriti sub incursionem Scytharum, Valachorum in oram hanc Pokuciæ ætate præsenti conservabantur, huic verò in Sylvas fugienti (cum Pokucia Castris et munitionibus est vacua) et in arbustis latitanti post Korsoviam ubi se abdere volebat, cum à curribus et rebus Suis de loco eo per Scythas et Paganos repulsus erat, vixq; vacuus Solus remansit. Nam tunc temporis et privignum Suum Uxoratu truncidarunt, et filiam illius propriam Margaretam Wiszkowska in Captivitatem receperunt, rebusque omnibus iisdem Onyszko per eosdem Paganos est Spoliatus, Prout tota huic Civitati Kolomyiæ hominibus (qui etiam talia perpessi sunt) est compertum, et res, et argentea Ecclesiastica sunt violenter erepta. De quibus omnibus iterum atq; iterum Solenniter manifestari et protestari unius Privilegii Intrascripti Copiam qua de Originali Privilegio antea de verbo ad verbum descripta erat:

erat, petiit ad acta praesentia inscribi et ingrossari. Nullos fidoneos, bonae fidei et aestimationis homines se habiturum, qui illud privilegium viderant, asseres. Officium vero praesens, ex quod acta nemini sunt denegan-da, tum et ex debito officii sui copiam privilegii hujus suscepit, et sub tenore qui sequitur talis, ad acta inscribi mandavit. In Nomine Domini Amen. Stephanus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Supremus Princeps Transylvaniae etc. Dnus et hares. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris harum notitiam habituris. Quomodo coram Nobis constitutus personaliter Venerabilis Jacobus Zbyncy Plebanus Kolomyiae exhibuit originaliter literas scriptas continey erectionem, fundationem, donationemq' Ecclesiae Parochialis Kolomyiae in Oppido Nostro Kolomyiae Cancellarii Nostri manu subscriptas, sigillo Regni Nostri communitas, sanas, salvas, omniq' suspicionis nota carey, supplicatumq' est Nobis per certos Consiliarios Nros, ut eas tras et privilegium inferius scriptum in unum Nostrum privilegium transumi, nostraq' Majestatis munimine in omnibus punctis, clausulis, conditionibus approbare, confirmare, et ratificare dignaremur tenoris subseques. In Nomine Domini Amen. Joannes Albertus Dei Gratia Rex Poloniae Supremus Princeps Lithuaniae, nec non Terrarum Cracoviae, Sendomiriae, Lanciciae Russiae, Prussiae, Masoviae, Pomeraniaeq' Dnus et hares. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris harum Notitiam habituris. Quod cum Magnus Joannes de Chodecz Halicies, Kolomyiae etc. Capitaneus Ecclesiae Parochialis in Oppido Nro Kolomyiae exiguos admodum proventus quibus commode Parochus sustentari non potuit, ampliores reddere cupiens literis suis authenticis coram Nobis in praesentia exhibitis eidem Ecclesiae Parochiali quaedam bona proventus ad Capitaneatum Nostrum Kolomiiae spectans cessisset et tradidisset, Supplicatum est Nobis per certos Consiliarios Nros, ut hanc ipsam praenominati Capitanei Vri Haliciae Kolomiiae cessionem et adscriptionem pro jure Nostro Regio ratam gratamque habere, et literas infrascriptas ipso Authoritate Nostra Regia confirmare et approbare dignaremur, quarum tenor sequitur talis. Joannes de Chodecz Halicki, Kolomyjski etc. Starosta. Przaymuię komu to wiedzieć należy. Iż ugatruiąc wszelkie defekty y nyędzę Kolomiyskiego Kościoła ex instigatione y prośby X. Plebana Kolomiyskiego na ten czas, swego własnego ustępuię, mianowicie dziesiątą miarę we młyniech

wszelakiego zboża Kołomyiskich mielzcego do Kościoła Farskiego Kołomyiskiego daię y pozwalam dziesięciny z folwarku naszego we Wsi Krolewskiey Starostwa Kołomyiskiego należącey złotych osmdziesiąt, Loy ziatek Xiędza Plebanowych trzech, ktory szedł do Starostwa Naszego Kołomyiskiego. Temuż to Kościołowi Farskiemu Kołomyiskiemu daię. Z gorzałki mieyskiey Kołomyiskiey, z ktorey prowent idzie do Starostwa Kołomyiskiego, trzecią część daię y pozwalam, ktorą wolno będzie Xiędzu Plebanowi arędować komu chce, albo Swemu Szynkarzowi Szynkowi w mieście dać. Na co wszystko obiecuię od N. J. M. Łaskawym czasie confirmatią y approbacyą temuż Kościołowi ziednać y wyprawić. Na co dla lepszey Wiary y pewności ręką swą podpisuię, y pieczęć swą kazałem przyłożyć. Datum w Kołomyi dnia trzynastego Marca Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Tertio. Nos vero et intercessioni Consiliariorum Nostrorum benigne annuentes, tum et spente Nostra cultum Divinum augere et propagare, quod quidem sine sufficienti personarum Ecclesiasticarum provisione haud facile fieri posse existimamus, cupientes, facile pro Nostra perpetuo jure in eam rem assensi sumus. Itaq; hanc ipsam prenominati Magistri Joannis de Rodez Rationes, Kołomyiensis Capitanei ordinationem, cessionem et donationem pro Ecclesia Parochiali Kołomyiensi factam, constitutam et adjunctam, ac si eam Consensus Noster antecessisset, ratam et gratam habemus, eamq; Authoritate Nostra Regia omni meliori modo et forma, quibus de jure, et in talibus servato usu fieri consuevit, hisce literis Nostris approbamus, confirmamus, ratificamus, vim et robur debitæ firmitatis ei imponentes, eaque omnia suprascripta prædictæ Ecclesiæ Parochiali Kołomyiensi incorporamus et adjungimus, juribus Nostris Regalibus salvis manentibus. In cujus rei fidem præsentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni majore consignari jussimus. Datum Petricoviæ in Conventu Regni generali Die quindecima Maij Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Primo. Proinde Nos Stephanus Dei Gratia Rex Supplicationi prædicti Plebani Kołomyiensis justis, rationabilibus de causis benigne inclinati existentes, literas omnes in hoc Privilegium Nostrum

transumi.

transumi et induci decrevimus in effectum, premissa omnia in eisdem literis Nostris reductoriis contenta, expressa et specificata ratificamus et confirmamus, Decernentes omnia et singula premissa robur firmum, perpetuum habitura presentium tenore mediante. In cujus rei testimonium Sigillum Nostrum presentibus est appensum. Datum Varsavie Die tredecima Maij Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Primo. Regni vero Nostri Sexto. Ex Actis Capitaneal[ibus] Curia Regalis Kolomyiensis reseriptum. Maciey Jabłonowski Podstarości Kolomyiski. Christophorus Zabierzowski Notarius Curiæ Regalis Kolomyiensis. In Nomine Domini Amen. Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ. Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ Prussiæ etc. Dominus et Hæres. Significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris harum notitiam habituris. Quomodo coram Nobis constitutus Venerabilis Andreas Brzyzewski Plebanus Kolomyiensis exhibuit originaliter literas scriptas continentes in se fundationem, donationemq[ue] Ecclesiæ Parochialis Kolomyiensis in Oppido Nro Kolomyiæ Cancellarii Nostri manu Subscriptas, Sigillo Regni Nri communitas Sanas, Salvas, omnique Suspicionis Notâ Carentes, Supplicatumq[ue] est Nobis per certos Nros Consiliarios Nros, ut eas Literas et Privilegium inferius scriptum in unum Nostrum Privilegium transumi, nostraque Majestatis munimine in omnibus punctis, clausulis, conditionibus approbare, confirmare et ratificare dignaremur tenoris subsequentis: Nos Ludovicus Dei Gratia Rex Hungariæ, Poloniæ, Dalmatiæ, necnon Terrarum Cracoviæ, Sendomiriæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæq[ue] etc. Dominus et Hæres. Significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris harum notitiam habituris. Quomodo coram Nobis constituti personaliter Honesti Advocatus, Prosonensis, et nonnulli Consules Suis, ac totius Communitatis Oppidi Nostri Kolomyiæ nominibus exhibuerunt originaliter Literas Scriptas. Continentes in se erectionem et fundationem, donationemq[ue] Ecclesiæ Parochialis in Oppido Nostro Kolomyiæ Sigillo Civitatis Communitas, Sanas, Salvas, omnique Suspicionis nota carentes, Supplicatum est Nobis per certos Consiliarios Nostros: quandoquidem ejusmodi erectiones, fundationesq[ue] absque Consensu Nostro valida esse non possunt: ut eas Authoritate Nostra Regia uti Supremus omnium Ecclesiarum Bonorum Patronus in omnibus earum punctis, clausulis et conditionibus approbare, confirmare et ratificare Dignaremur. Earum literarum tenor de Verbo ad verbum Sequi-

tur talis. In Nomine Domini nostri JESU Christi Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Convenit Actui hominum, ut ea quæ felicis Regiminis aguntur, necesse consistit, ut ne tempore humanitatis labentur, duntaxat apicibus literarum testimonio annotationibus æternaliter roborarentur. Proinde Nos Advocatus, Prosonsul cum Consulibus, totaq; Communitate prout tunc Kolomyiæ existe, Petrus Rychowski, Nicolaus Szewski, Stephanus Szwarc, Ludovicus Kłodnicki, Georgius Zelman, Procopius Gwiazdecki cum antiquis Consulibus juratis Communitateq; tota ad id Supervocata, in honorem Omnipotentis Dei, nec non Gloriosissimæ Virginis Mariæ Patronæ Nostræ, tum ob memoriam Prædecessorum Nostrorum, Villam Woskrzeżnice fatam una cum Campo Dlanow dicto pecunia et sumptu totius Communitatis juste emptam et aquisitam Ecclesiæ Parochiali tituli Assumptionis Gloriosissimæ Virginis Mariæ in Oppido Kolomyia erectæ, fundavimus, dedimus, donavimus cum omnibus fructibus, utilitatibus universis, nihil nobis ipsis, neque Successoribus nostris capiendo, sed prout Nobilis Andreas Szczucki jure acquisito ea bona tenuit et possidebat, in longitudine et latitudine et circumferentialiter Ecclesiæ Parochiali et ejus Legitimis Successoribus pietate ducti donamus et incorporamus temporibus perpetuis, jamque exnunc circa Congregationem totius Communitatis omnes supra prænominati, ut pii mortisque memores, peccatorum suorum ofores dant et admittunt intromissionem realem et activam per Ministerialem Regni et duos Nobiles. Ad quæ omnia Sigillum Nostri Oppidi roborarium appendere fecimus in æternis temporibus duraturum. Datum et Actum in Kolomyia feria Tertia post Dominicam Invocavit proxima Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Tertio. Cui Supplicationi uti juste benigne annuentes, præinsertas literas in omnibus earum articulis, punctis, clausulis, Conditionibus tam in toto quam in parte literis Nostris approbamus, confirmamus, ratificamus Volentes eandem Villam Woskrzeżnice una cum fundo et campo Dlanow Dationibusq; robur perpetuæ firmitatis obtinere. In cujus rei fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni nostri communiri jussimus. Datum Caschovid

Decima

decima septima Septembris Anno Domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo Quarto. Proinde Nos Sigismundus Augustus Rex Poloniæ Supplicationi dicti Plebani Kalomyiensis justis et rationabilibus de causis benigniter inclinati existentes, Literas omnes in hoc Privilegium Nostrum transumi et indui decrevimus et reduximus in effectu præmissa omnia in eisdem literis Nostris reductoriis contenta, expressa, specifica approbamus, ratificamus, confirmamus, decernentes omnia et singula præmissa robur firmum perpetuum habitura præsentium tenore mediante. In cujus rei testimonium Sigillum Nostrum præsentibus est appensum. Datum Varsaviæ in Comitiis Regni generalibus Die Decima Maii Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Nono. Regni vero Nostri Quadragesimo. Proinde Nos pro eo quo tenemur pietatis affectu, ex attento, quod ea transcripta ex multis indubitatæ fidei hominum testimoniis vera et non suspecta esse, originalia vero ipsa ab hoste barbaro ablata ex protestationibus, attestationibusq' tam Parochi prætati, quam Proconsulis ac Consulum et Magistratus Kalomyiensis judicialiter factis constet, ea etiam considerato, quod prætatus Parochus et Antecessores sui in usu et possessione ejus fundationis et erectionis fuêre, eidem supplicationi benigne annuentes, contenta omnia, clausulas, et conditiones prætatarum Literarum, quantum juris ratio permittit, et ejus earum habetur, approbamus, confirmamus, et rata esse volumus, roburq' perpetuum nonsecus, atq' ipsa Privilegia originalia obtinere debere decernimus præsentium vigore. In cujus rei fidem præsentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die Tertia Mensis Martii Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Decimo quinto. Regnorum Nostrorum Poloniæ Vigesimo Octavo, Sveciæ vero Vigesimo Secundo Anno. Sigismundus Rex. Sigismundus Tertius Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, nec non Sveccorum, Gothorum Vandalorumq' Hæreditarius Rex. Significamus præsentibus literis Nostris quorum interest universis et singulis. Quod cum Magnus Stanislaus Wlodek de Hermanowice Palatinus Belzensis, Haliciey Kalomyiciq etc Noster Capitaneus Ecclesiæ Parochialis in Oppido Nro Kalomyia exiguos admodum proventus, quibus commode Parochus sustentari non potuit, ampliores

reddere

182 reddere cupiens, literis suis authenticis coram Nobis in praesentia exhibitis, eidem Ecclesiae Parochiali bona quaedam et proventus ad Capitaneatum Nrum Kolomeien spectans cessisse et et tradidisse, Supplicatum Nobis est per certos Consiliarios Nostros, ut hanc ipsam praenominati Palatini Belzen Capitanei Nostri Kolomeien cessionem, et adscriptionem pro jure Nostro Regio ratam, gratamq habere, et literas infrascriptas ipsius, authoritate Nostra confirmare et approbare dignaremur, quarum tenor sequitur talis. Stanislaw Wodek z Hermanowa Woiewoda Belzki, Halicki, Kolomeyski etc. Starosta. Oznaymuię komu to wiedzieć należy. Iż vpatruiąc krzywdy y vbliżenie tego vbogiego Kościoła Kolomeyskiego, ex ibstigatione y proby Xiędza Plebana Kolomeyskiego teraźnieyszego, gdyż tak sprawę dał. Że ani Erekcyi, ani funduszu żadnego tego vbogiego Kościoła pokazać nie może, ia tedy vpatruiąc defekty tego Kolomyiskiego vbogiego Kościoła, na ten czas swego własnego vstępuię, mianowicie Staw Dworski który leży pod nowym Dworem Moczyskiem tak rzeczonym, Kościołowi Kolomeyskiemu mianowicie do Fary Kościoła Wielkiego Kolomeyskiego daię, y pozwalam, obiecuiąc temu Kościołowi od Krola J.M. w krotkim czasie confirmacyą ziednać, hoc specialiter adjecto, że na Dworską potrzebę Dworu Kolomeyskiego wolne łowienie w tym Stawie. Item we młynie wolne mełcie wyżnie takiego zboża na Plebańską potrzebę. Item cztery Stody na każdy rok od Sług. albo Arędarzow moich, ktorzy będą tu na miejscu moim, będą powinni dawać na każdy quartał po Stodowi iednemu, wolno wyszynkowaci, a do tego daię y daruię dwa Stody ze młyna na każdy rok, które dwa Stody Studzy, albo Arędarze moi powinni będą oddać Plebanowi. Item grunt albo Dom zadem, rzeczony Jana Stodownika temuż Kościołowi Kolomeyskiemu daię y pozwalam. Na co dla lepszey wiary y pewności ręką swą podpisuię, y pieczęć swą Kazałem przyłożyć. Datt w Kolomeicy die 22. Junii. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo quarto. Idem qui supra mp. Nos vero cum intercessioni Consiliariorum Nostrorum benigne annuentes, tum et sponte Nostra cultum Divinum augere et propagare s: quod quidem sine sufficienti personarum Ecclesiasticarum provisione haud facile

fieri

fieri posse existimamus: cupientes, facile pro Nostro perpetuo erga Dei
Ecclesiam Studio in eam rem assensi sumus. Itaque hanc ipsam prænominati Magni Stanislai Wodek Palatini Belzensis, Haliciensis,
Kolomyiensisq; Nostri Capitanei ordinationem, cessionem et dotationem pro Ecclesia Parochiali Kolomyiæ factam, constitutam et adjunctam, acsi eam Consensus Noster antecessisset, ratam et gratam habemus; eamque Authoritate Nostra Regia omni meliori modo et forma, quibus de jure, et in talibus Servato usu fieri consvevit,
hisce Literis Nostris approbamus, confirmamus, ratificamus,
vim et robur debitæ firmitatis ei impones, eaque omnia supra-
scripta prædictæ Ecclesiæ incorporans et adjungens. Juribus No-
stris Regalibus Salvis manentibus. In cujus rei fidem præsen-
tes Manu Nostra Subscriptas, Sigillo Regni majore consigna-
re jussimus. Dat. Varsaviæ in Conventu Regni generali Die
Decimasexta Maii Anno Domini Millesimo Sexcentesimo
Septimo. Regnorum Nostrorum Poloniæ Vigesimo. Sveciæ
vero Anno Decimo quarto. Sigismundus Rex. Cui Supplicationi uti justa Vos benigne annuentes, prænsertas Literas in omnibus punctis, clausulis, conditionibus, articulis approbans, confirmans et ratificans esse duximus, quemadmodum ut juris est, et usus habetur, confirmamus et
ratificamus præsentibus Literis Nostris. Volentes eandem
debitæ firmitatis robur obtinere debere. In quorum fidem
præsentes Manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XIV. Mensis Junii
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo.
Regnorum Nostrorum Poloniæ et Sveciæ Septimo Annô.
Vladislaus Rex. Stanislaus Warszeński. Quas ejusmodi Literas supra insertas, sic ut præmissum oblatas.
Nos ad Acta præsentia Suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descriptas Parti postulanti Authentice extradi,
Originale illarum Offerenti restitui permisimus. Deque
recepto Cancellariam Nostram quietavit, quietatq; præsentibus, ac in majorem fidem Manu propria se subscripsit. michał Orłowicz In quorum fidem &c. Actum
ut supra.

Sub eodem Actu.

Oblata Privilegii Ecclesia Parochiali in Oppido Ruskow sita Servientis.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens personaliter ad Acta præsentia Metrices Regni Cancellaria Nostra Minoris.

Grosus Michael Orkusz obtulit ad inserendum, dictiq; Actis in-
grossandum Literas Originales Pargamineas, Vetustas, manu
Reuerendi Petri Myszkowski Regni Poloniæ Vicecancellarii
Subscriptas, et Sigillo Regio appenso in cera rubra expresto
munitas, continentes in se Confirmationem Serenissimi
olim Sigismundi Augusti Regis Praedecessoris Nostri de-
scriptionis Proventuum, reditum et dotis Ecclesiæ Parochia-
lis Buscensis per Commissarios ejusdem Seresm Regis-
mundi Augusti facta. Sanas, Salvas, tenoris sequentis:
Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ, Ma-
gnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogi-
tiæq etc. Dominus et Hæres. Significamus tenore praesenti-
um quorum interest universis et singulis, harum noti-
tiam habituris. Quod quemadmodum antehac dederamus
negotium certis Commissariis nostris infrascriptis, ut de
proventibus ac reditibus Ecclesiæ Parochialis in Oppido No-
stro Busko, quorum, simulq; fundationis et Erectionis
ejusdem Ecclesiæ privilegia, per hostiles incursiones in-
terciderunt, denuo ex hominibus senibus ac fide dignis
sufficienter cognoscerent, eaq; de re literis suis Nos cer-
tiores facerent: Ita praedicti Commissarii Nostri exequen
ejusmodi Mandatum Nostrum, accepto ejus rei Sufficien-
ti testimonio, suis literis, subscriptione manuali,
sigillisque suis roboratis, ac in praesentia publici Nota-
rii infrascripti eo nomine confectis, id Nobis significa-
verunt. Quarum quidem Literarum tenor de verbo ad ver-
bum sequitur et est talis. Actum in Oppido Busko Diœcesis
Leopoliensis in Ecclesia Parochiali ejusdem Oppidi die de-
cima nona Junii. Anno Domini Millesimo Quingentesi-
mo Sexagesimo quarto. Venerabilis Dominus Nicolaus
Leczinski Plebanus Buscen. vocatis in Locum Supra scri-
ptum Venerabilibus ac Generoso Dominis, Clemente Lo-
niathowski Canonico Leopoliensi, Paulo Szczkowski Praepo-
sito Gologoriensi et Nicolao Landzski Archi Dni Archi Epis-
copi Leopoliensis Curiæ et Causarum Notario, Commissariis
per Sacram Regiam Majestatem ad infrascripta deputa-
tis, Exhibuit et praesentavit Eras Commissionis Suæ Sacræ Re-
giæ Majestatis Salvas, integras, nullo; vitio Suspicionis
laborantes, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur, est;
talis. Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ, Ma-
gnus Dux Lithuaniæ Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæq etc.

Dominus

Dominus et Heres. Venerabilibus et Gnosis viris Clementi Soniathowski
Paulo Paczkowski Præposito Gologoriez, Antonio Leopoliez. Artium Li-
beralium Baccalaureo, Henrico Buczoriez Plebano in Oleszo, Alber-
to Skrzilowski Judici Terrestri Buscez, Nicolao Lanczski Rmi Archi-
Episcopi Leopoliez Causarum et Curiæ Notario, unius, duorum, aut
trium absentiâ non obstante, devotè et fidelibus Nobis dilectis gra-
tiam Nostram Regiam. Devote et fideles Nobis dilecti. Exposuit coram
Nobis Venerabilis Nicolaus Leszinski Plebanus Buscez de terris
Russiæ per incursum hostium Tartarorum perditas esse Literas
Erectionis vel fundi ad Ecclesiam Plebanatus Buscez Juri patro-
natus Nostri antiquitus per Prædecessores Nostros fundatas,
propter quod non mediocre damnum Ecclesia in proventibus
ad eandem ex antiquo pertinentibus prætata patitur. Supplica-
cavitque Nobis humiliter, ut illi certos Commissarios Nostros
designaremus, coram quibus possit digno testimonio proven-
tus ex antiquo ad dictam Ecclesiam pertinentes declarare.
Nos verò habentes respectum in cultum et Ecclesiam Dei, et
Supplicationibus ejus benignè annuey, ne proventus à dicta Ec-
clesia per quosdam alienarentur, vobis, de quorum fide et inte-
gritate vel industria plurimum confidimus, committimus præ-
sentibus, mandantes, quatenus capto aliquo die et tempore
competenti, ad Civitatem Nostram prætatam Buscez descendes
Prosonsule cum Consulibus, totamq; Communitatem, et homini-
bus senio confectis et fidedignis ad se vocatis, de proventi-
bus, fructibus, Decimis ad Ecclesiam antiquitus pertinenz,
diligenter inquiratis et investigetis, in quibus et usufructu
sui Prædecessores fuerunt. Cognitaq; veritate testium fide
dignorum, investigatisq; proventibus, ad Majestatem No-
stram Regiam per Literas Vestras, Sigillisque Vestris mu-
nitas et obsignatas, omnia quæ in præmissis feceritis, de-
scribatis, et describere curetis. In gratia Nostra eius non
facturi. Datum in Conventione Regni Nostri generali Varso-
viez die prima Mensis Januarii. Anno Dñi Millesimo
Quingentesimo Sexagesimo quarto. Regni verò Nostri Tri-
gesimo quarto. Ex Commissione Sacræ Majestatis Regiæ
propriâ. Qua quidem Commissione Sacræ Regiæ Majestatis
prænominati Dñi Commissarii cum ea quâ decuit reveren-
tia Suscepta, vocatis ad Sui præsentiam fidedignis, et æta-
te alios superantibus tam Romanæ, quam etiam Græcæ fi-
dei hominibus, ejusdem Oppidi Busko incolis, videlicet Fama-
tis et Honestis Viris Alexio Prosonsule, Martino Pizthkowski
Stanislao Szczliarz Consulibus, Joanne Vicedvocato, Jacobo
Pannitonsore, Martino Zbrodnicki, Bartholomæo Maslowski,

Mathia

 Mathia Friczone et Gallo. Quos quidem prænominatos testes memorati Dni Commissarii onerata eorum conscientia diligenter requisierunt, ac per me Notarium publicum infrascriptum examinare testes eosdem fecerunt. Qui testes prænominati ex cætu et communitate vocati, libere et sponte nec venientes, ac coram prefatis Dnis Commissariis personaliter comparez, sub onerationc conscientiæ suæ recognoverunt, ac unanimiter et concordes de proventibus ac pertinentiis Ecclesiæ prædictæ Buscz tale ut inferius sequitur, testimonium perhibuerunt. In primis recognoverunt et deposuerunt, quod area prædicti Plebanali penes Ecclesiam Sancti Stanislai in antiquo Oppido Buske, ita ut moderno tempore sita est, consistebat. Item hortus intra menia, alter post menia. Item vivaria duo et pratum Plebanale. Item hortus fructiferis arboribus consitus. Item Lanei duo ad eandem Ecclesiam, ejusq; Rectorem pertinez. Item pensionis frumentariæ aliàs Czynsz ex singulis Laneis civium et Suburbanorum per duos truncos alias Poklodzie Zytha thalze y owsa. Item ex Theloneo Buscz Singulis Annis pro festo S. Martini floreni duo. Item census a Judæis singulis annis per grossum unum a qualibet domo. Item Mensalium alias Stholowego ex tota Civitate singulis annis a quavis domo per grossum unum. Item decima Manipularis post prædium Castri Buscz. Item decima post prædium Villæ Rzigsz ad Castrum Buscz pertinez. Item decima Manipularis post prædium Dominorum Belszechich in Villis Rzepnow et Bienkow. Item decima Manipularis post prædium Dni Jabichi in Villa Zorathin. Item decima Manipularis in Villa Olszanicza a Dno Wlodek et Olszariski. Item decima in Villa Pietrce Dnorum Piaseckich. Item decima post prædia Dnorum Podhoreczkich in Villa Rozlow. Item decima a Dno Sokol in Villa Rzdzierzawce. Item decima a Dno Grzimala in Villa Bezbrudi. Item decima a Dno Osthrowski in Villa Osthrowiec. Item decima a Dno Kazimierski in Villa Marmoszowice. Item decima manipularis post prædium Dni Sthreptowski in Villa Skwarzawa. Quæ omnia et singula memorati Dni Commissarii mihi Notario publico infrascripto scribi fecerunt, in fidemq; omnium et singulorum præmissorum sigilla sua præsentibus appresserunt. Præsentibus Honorabilibus

rabilibus Lonardo et Valentino Ecclesiæ Buscen Vicariis, et multis aliis Grossis, Nobilibus et Honestis Viris testibus circa præmissa adhibitis, ac me Nobili Nicolao Brzezinski Clerico Diœcesis Posnanien Sacra authoritate Aplica Notario publico, et Actus præsentis Scriba. Clemens Poniathowski Canonicus Leopolien manu sua propria subt. Paulus Paczkowski Præpositus Gołogorien manu sua subt. Nicolaus Lonczski manu mea Significo. Supplicatum est Nobis nomine prædicti Venerabilis Nicolai Łączinski Ecclesiæ ejusdem Buscen moderni Rectoris, ut easdem Literas authoritate Nostra Regia approbare, confirmare et ratificare dignaremur. Cui Supplicationi Nos benigne annuendo Literas hic superius insertas in omnibus illarum punctis, clausulis, articulis et conditionibus auctoritate Nostra approbamus, confirmamus et ratificamus, Decernentes eas, et omnia in illis contenta, si et in quantum tamen omnium eorum pacifica et continua possessio et usufructus penes dictam Ecclesiam Buscen illiusque Rectores hactenus extitit, robur perpetuæ firmitatis obtinere debere. In cujus rei fidem Sigillum Nostrum præsentibus Literis est subappensum. Datum Petricoviæ Die Vigesima Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quarto. Regni vero Nostri Trigesimo Quinto. Petrus Miskowski R. P. Vicec. Sub. Relatio Andr. Petri Miskowski R. P. Vicecancellarii Decani Crac. Gnesnen, Plocen, Lancitien, Varscheviens Præpositi. (Locus Sigilli pensilis.)

Quas ejusmodi Literas supra insertas sic ut præmissum oblatas, Nos ad Acta præsentia suscipi, inscribi, et exinde fideliter descriptas Parti postulanti authentice extradi, Originale vero offerenti restitui permisimus. De quo recepto is idem: Officium Cancellariam Nram quietavit, quietatque præsentibus, ac se in majorem fidem manu propria subscripsit. Michał Orkusz

In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Sub eodem Actu

Oblata Fundationis Ecclesiæ Parochialis Lopacien. seu Privilegii Confirmatorii ejusdem.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens ad Acta præsentia Metricis Regni Cancellariæ Nræ Minoris Generosus Michaël Orkusz, obtulit ad inserendum, dictisque Actis ingrossandum Literas originales pergamenas manu Serenissimi olim Stephani Regis Prædecessoris Nostri Subscriptas, Sigilloque Ipsius majore appenso munitas, Continentes in se Confirmationem Fundationis Ecclesiæ Parochialis Lopacien-sis,

per

per olim Illrem Semovitum Ducem Masovie. et Russia feute. sanas, salvas, omnig suspicione carentes. tenoris sequentis. Stephanus Dei gratia Rex Polonie, Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prussie, Masovie, Samogitie etc Princeps Transylvanie etc. Significamus Nostris hisce literis universis et singulis quorum interest. Exhibitas ac reproductas esse coram Nobis nomine Venerabilis Nicolai Lanczinski canonici Leopolien Ruscey, Lopatinensisq Plebani. Dras Illustris quondam Principis Semoviti Ducis Masovie, Sigillo ejusdem pensili communitas, sanas, salvas et integras omnig suspicionis nata carentes, fundationem Ecclesie Parochialis in Villa Lopaczin continentes. Supplicatumq Nobis est ejusdem nomine, ut eas autoritate Nra Regia approbaremus, ratificaremus, et confirmaremus, atq earum tenor ad verbum sequitur et est talis. In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Semovitus Dei Gratia Dux Masovie, Russiaq Princeps Dominus Terrarum Plocez, Rawez, Sochaczovicz, Gostinenz, Plonez, nec non Hered Viznez et Belzenz. Omnibus et singulis tam presentibus quam futuris, coram quibus tenor presentium fuerit recitatus, volumus fore notum. Quia gratia spiritus Sancti prius invocata, volentesq quod ex inde Orthodoxe fidei fieret incrementum, ac etiam ut divinus Cultus, et presertim hic in partibus Scismaticorum augeatur, in Villa Nostri Ducatus vulgari nomine dicta Lopaczino Ecclesiam Parochialem fieri fecimus, ac ipsam Ecclesiam in honorem Venerande ac gloriosissime Virginis Marie, et Sancti Nicolai Confessoris et Episcopi Venerandi de nova fundandam decrevimus et locandam. Ad cujus regimen Ecclesie fidelem et Devotum Mroczislaum Capellanum Nostrum dilectum recepimus, ac eidem ac successoribus predicte Ecclesie, ut eo celerius et devotius divinis cultibus et laudibus insistere valeant, hereditatem Nostram Bathijow vulgariter dictam, nulli penitus obnoxiam, sitam in districtu Lopatinez, et unam Aream vulgari nomine dictam Dworziscze in predicta Villa Lopaczino cum omnibus et singulis ejusdem Aree et hereditatis utilitatibus, fructibus, redditibus, censibus, usibus, proventibus, obventionibus, puta agris, pratis, campis, sylvis, gaiis, nemoribus, borris, rubetis, pinetis, mellificiis, piscinis, piscariis, stagnis, lacubus, aquis, et earum

rum decursibus, molendinis construtis, sive quomodolibet construtis seu faciens, et generaliter omnibus pertinentiis ad eandem Villam et Aream ab antiquo spectantibus; dedimus, donavimus, et adjunximus Ecclesie predicte. Dedimus etiam prefato Rectori Ecclesie predicte, et Successoribus ipsius qui pro tempore fuerint, mediam tunnam Meidonis de Tributo Nostro ibidem in Lopaczino pro Ecclesia ante dicta annis singulis perpetuis temporibus fore recipiendam et levandam. Caterum unam Tabernam pro usu Ecclesie antedicte in agris seu spatio dicte Aree in Lopaczino admisimus construendam. Post araturas vero ac labores et culturas agrorum Nostrorum in Lopaczino, Nikolaiewo et Adiadowo Villis Nris ipse Mszislaus Rector et Successores ipsius Decimas manipulares recipere, et absq; cujuspiam contradictione aviternis temporibus levare debent. Licitum etiam erit prefato Mszislao Plebano et Successoribus Ecclesie predicte ac Hominibus ipsorum in fluvio dicto vulgariter Styr pisces prendere, prout alii homines Villa Nre Lopaczino convenerunt prendere totiens quotiens fuerit necessarium et opportunum, ipso specialiter adjuncto et expresso, quod si aliquando contigerit ipsam Lopaczino in Lancos permensurare, extunc prefato Plebano, vel qui pro tempore fuerit, duos Lancos agrorum integra mensurâ in Loco decenti, ita quod nullum prejudicium Ecclesie predicte generetur Loco Aree supradicte et prenominate assignare tenebimur et debemus. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum majus presentibus est appensum. Actum et Datum in Belz feria Quarta in festo Sascha Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Decimo Quarto. Presentibus Strenuis et Nobilibus Viris Dominis Vitoldo Vexillifero Plocensi Nunctiorum Capitanei Belzensis, Joanne de Tuychtino Capitaneo Lubaczoviensi, Petro de Campo Succamerario Gostinensi, Gowore Zone de Wolia Vicethesaurario Nostro haeredibus, ac Michaële Vicecancellario Curie Nostre, aliisq; quam pluribus dignis fide testibus ad premissa. Nos itaq; Stephanus Rex prefatus Supplicationi Supradicti Plebani tunquam justa annuentes, eas ipsas Literas hic insertas in omnibus earum punctis, clausulis, articulis, et toto tenore si et in quantum in usu earum extiterit, approbamus, ratificamus et confirmamus. Decernentes eadem robur perpetuum obtinere debere; quin etiam cultum Dei omnipotentis commodaq; Ecclesie illius et ministrorum

ejus

1908 ejus promovere cupientes, damus et concedimus Plebano prædicto Łopatinecz ejusq; Successoribus Ecclesiæ prædictæ Łopatinensibus Rectoribus, omnibusq; circa eam residentibus Sacerdotibus facultatem incidendi Ligna omnis generis in Sylvis Łopatinensibus pro usu domestico quovis, arboresq; ad reparationem Ecclesiæ et domus ipsorum necessarias temporibus perpetuis, atque in omne ævum. Quod Magnifico Stanislao Comiti á Jorka Palatino Łosnariensi, Buscensi Kolensiq; Capitaneo moderno, et alteris pro tempore existentibus Buscensibus Capitaneis denunciatum esse volumus. Mandantes, ut prædictum Plebanum, omnesq; alios Ecclesiæ illius Rectores in hac á nobis concessa incidendorum Lignorum et arborum facultate semper conservent integre, neq; eam ullo unquam pacto ipsis prohibeant. In cujus rei fidem Nostra. Atque inhorum omnium fidem has manu Nostra subscripsimus, et Sigillum Nostrum majus appendi jussimus. Datum Thorunia Die ultima Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Sexto. Regni verò Nostri Anno Primo. Stephanus Rex ſm. (Locust. Sigilli pensilis.) Quas ejusmodi Literas supra insertas sic ut premittitur oblatas, Nos ad Acta præsentia Suscipi, inscribi et ex iisdem fideliter describptas Parti postulanti authentice extradi, Originale vero ipsarum Offerenti restitui permisimus. De quo recepto Cancellariam Nostram quietavit, quietatque præsentibus, ac pro majori fide manu propria se subscripsit. michał orłowicz

In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Sextá ipso die Festi Sancti Francisci Confessoris scilicet Quartâ Mensis Octobris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto. Regni verò Nostri Secundo Anno.

Ad Relationem Supraſcri Illmi & Rmi Dni Cancellarii &c.

Constituit Plenipotentes Andus in Christo Pater Adamus Krasinski Episcopus Camenecensis Podolie et Vrblis Szczepankiewicz Delegatus Capituli Stanislaus

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Metricis Rnd. Cancellariae Nrae Minoris comparentes personaliter Rndus in Christo Pater Adamus Krasinski Episcopus Camenecensis Podoliae, et Venerabilis Franciscus Dzyrski Szczepankiewicz Sacra Theologia Doctor, uti Venerabilis Capituli Ecclesiae Cathedralis Camenecensis Delegatus Sanguineus, sani mentibus et corporibus existentes, recedendo à foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibuscvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nrae Regiae quo ad infrascripta renunciandis attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, sponte et per expressum recognoverunt, praesentibusq; recognoscunt. Quia Ipse Grosos Lucam Kozłowski Secretarium Nostrum, Christophorum Arciszewski, Jacobum Rzechowski, Michaëlem Wygrzecki, Burgrabios Castri Varsaviensis, quorumvis Nominum Kaniowski, Ozarowski in suos veros, legitimos et indubitatos Plenipotentes elegerunt, constituerunt, ordinarunt et inscripserunt, praesentibusque ad Triennium integrum ab Actu hodierno computando, eligunt, constituunt, inscribunt et Solemniter ordinant, Dantes et tribuentes praefatis Grosis Plenipotentibus suis tam Conjunctim quam Divisim, Causas et Actiones judiciarias Sui Constituentium omnes et singulas, occasione cujusvis Negotii, cum quibusvis Personis, tam ex Actoratu quam et reatu in quovis Judicio et Subsellio Majori et Minori Regni, et respective in Judiciis Terrestribus Varsaviens cum Grosis Niedzwiedzkiego Conjugibus praefatis Metricis M. D. Litt. motas et institutas, attentandi, promoviendi, defendendi, jura sui Recognoscentium tuendi, vindicandi, Decreta quovis favorabilia acceptandi, agraviminus movendi et Appellandi, Appellationes prosequendi, penas Judiciarias levandi, et de levatis quietandi, aliaque omnia Veros et legitimos ad Causas Plenipotentes concernentia munia peragendi, obeundi et exequendi. Promittentes in totum quidquid per Suprascriptos Grosos Plenipotentes juridice actum et gestum fuerit, prorato et grato semper habituros. His suis personalibus Recognitionibus ad praemissa mediantibus. Pro majori vero firmitate manibus propriis se subscripserunt.

Adamus Krasinski Epus Camen

Fr: Dzyrski Szczepankiewicz Can. Ath. Cath. mp

Ejusdem Capituli Delegatus —

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut praemissum facti et recognitam Nostram firmam de jure validam haberi volentes. Reliqua juxta formam. Datum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Quartâ
post Festum Sancti Francisci
Confessoris proxima Die scili-
cet Nona Mensis Octobris
Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Sexagesimo
Quinto. Regni verò Nostri Secun-
do Anno.

Ad Relationem Supraseri Illmi
et Rmi Dni Procancellarii Regni.

Inscribit Vadiatum Plenipotentem Grosius Adolphus
S.R.I. Princeps Lubomirski. Vexilliferides Regni.
Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Metricis
Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Comparens personaliter
Grosius Adolphus S.R.I. Princeps Lubomirski Vexilliferides
Regni, Sanus mente et corpore existens, benedicendo à Deo, Jo-
ris et Jurisdictionibus suis quibuscunque propriis, huic autem Juris-
dictioni Suæ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet
se subjiciendo et incorporando palam, sponte, bonaque recogno-
vit praesentibusque recognoscit. Quia Ipse Grosius Martinum
Theodorum Hahn Poeillatorem Livoniæ in suum Verum,
legitimum, indubitatum, ac Specialem Plenipotentem de-
legit, fecit, constituit, ordinavit, et inscripsit, praesentibusque
elegit, facit, constituit, ordinat et inscribit, Dans et tribuens
eidem Grosio Plenipotenti suo plenam facultatem, omnimo-
dam et absolutam potestatem, Causas suas omnes et sin-
gulas, Juris et facti, tam ex Alterato quàm et reatu, quovis
in Judicio et Officio Regni Majoris Minorisve Subsellii, et-
iam Tribunalitiis Generalibus Petricoviensibus, sive Sopra-
viensibus aut Radogostiensibus, Lublinensibus, sive Levpoliensi-
bus cum quibuscunque Personis occasione Cujuscunque Negotii motas
sive movendas, institutas sive instituendas, promovendi, tuen-
di, comparitiones inscribendi, exceptiones prout de jure inferendi
juramenta Assultandi, et deferendi, Decreta sibi Recogno-
scenti favorabilia acceptandi, à gravaminosis et præjudicialis
movendi et appellandi, Motiones et Appellationes prosequendi,
penas Judiciarias levandi, de levatis quietandi, Executiones

Decreto

Decretorum urgendi et attentandi, Arresta imponendi, Compromissa
inscribendi, Transactiones quasvis, ac Contractus tam Resignatarios
Sui Constituentis Bonorum, quam Obligatorios et Arendatorios cum qui-
buscunq Personis ineundi, conscribendi, ac quibuscunq Actis Authenticis Re-
gni roborandi, Resignationes Bonorum faciendi, ac ab aliis in rem et Per-
sonam Sui Constituentis resignata Suscipiendi, Summas Levandi, et de
veratis quietandi, Casdemq Contrahendi, contractus vero Super
Bonis Sui Constituentis inscribendi et assecurandi, Condescensio-
nes attentandi, rigores Ceca Manifestationes faciendas exten-
dendi, alios ac plures Causas in Locum Sui Plenipotentes Consti-
tuendi, caterag omnia pro Causarum et negotiorum exigentia
Debita juris Ordine peragendi et exequendi Promittens et inscri
bens Se, id totum, quidquid per Suprascriptum Procur Plenipotente
Suum rite et Legitime actum, gestumq fuerit, pro rato, grato, firmo
ac valido Suscepturum, et minime Contradicturum, idq sub Vadio
Decem Millium Florenorum Polonicalium a Se Negotio presente
coram quovis Judicio et Officio Regni Competenti Vindicando. Hanc
Suam Plenipotentiam ad integrum ab Actu presenti
computando robur Suum habere Debere vult et declarat hac Sua
personali recognitione in premissa mediante. Pro majori vero firmi-
tate manu propria se subscripsit.

Sub eodem Actu.

Roborat certum Scriptum Reverendus in Christo
Pater Antonius Ostrowski Episcopus Wladislavien
et Pomeraniæ in rem Generosorum Stephani Dem-
bowski Capitanei Plocen et Eve de Tarlo Conju-
gum.

Stanislaus Augustus &c:

Significamus &c. Lybet coram Actis presentibus Metrices
Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter
Reverendus in Christo Pater Antonius Ostrowski Epps Wladi-
slavien et Pomeraniæ sanus mente et corpore existens, recedendo
a Fori, Terrij et Jurisdictionibus suis quibuscunq proprijs huic au-
tem Jurisdictioni Nræ Regiæ, quo ad infrascripta attinet se sub-
jiciendo et incorporando palam, libere ac benevole recogno-
vit præsentibusq recognovit. Quia Ipse certum scriptum Obli-
gatorium in rem Generosorum Stephani Dembowski Capitanei Plocen
et Eve de Tarlo Conjugum per se Recognoscentem Die vigesi-
ma tertia Mensis Junij Anni currentis datum, manu sua
propria subscriptum, et Sigillo gentilitio in cera rubra hij-
spanica expresso communitum, in omnibus ejusdem Scripti
punctis, clausulis, conditionibus, nexibus, Vadio, Foro et

Liga

& ligamenty approbat, roborat, confirmat & ratificat, eidemq in toto, & in quavis minima parte stare, parere, & plenarie satisfacere se suis cum Successoribus quibuscumq inscribit, obligat, & asecurat. Hac sua personali Recognitione ad omissa mediante. Alias in forma Inscriptionis Roboratoriæ de jure plenissima firmissima & perfectissima. Ero majori verò firmitate manu propria se subscripsit.

Antonius Ostrowski Episcopus Vladislaviens

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut præmissum facta & recognitam, Nos firmam ac de jure validam habere volentes eandem ad Acta Sententia suscipi, inscribi & ex ipsorum fidelater descriptam Partis postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem Hic Actum ut supra

Actum Varsaviæ Feriâ Tertia in crastino Festi Sanctorum Simonis et Judæ Apostolorum, Die scilicet Vigesima Nona Mensis Octobris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto. Regni verò Nostri Secundo Annô. Ad Relationem Illmi et Revdmi Dñi Andreæ Stanislai Młodzieiowski Prosancellarii Regni.

Roborant Contractum Resignatorium occasione Bonorum hæreditariorum Simnice, Piekary, Kowiesy, et Sortis in Bonis Wieska dictis in Palatinatu Radiensi Terra Sochaczew. sitorum Gnosi. Francisci Smolenski et Joanna de Gostomskie Conjuges ab una, atq Gnus Antonius Gostomski Notarius Thesauri Regni, ejusq Gnosi Ignatii Wrzebendowski Succam. Mirachowies Capitanei Specialis Plenipotens parte ab altera.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod cum ad humillimam Supplicationem Gnosi Francisci Smolenski Vexillatoris Calisien. eò ob debilem Valetudinem Acta publica adire non valentis, per certos Consiliarios Nros ad Nos factam, Speciali Rescripto Nostro de data ejus hic Varsaviæ Die Vigesima Septima Mensis Septembris Anno Currenti ex Sancellaria

ria Minori Regni emanato, Gnosum Joannem Nepomucenum Zeminski Secretarium Nostrum, et Actorum Metrices Regni Praefectum pro suscipienda ab ipso inter scripta Transactione seu Inscriptione deputassemus, utque eumdictis Actis Metrices Regni ipsum hic itidem Varsaviae in Curiola in Grzybow sita residentem adiret, permisissemus. Is idem Gnosus Deputatus Secretarius Noster functus officio Suo, palam, publice que recognovit. Qualiter die hodierna in Actu Contenta, coram eodem Gnoso Deputato Secretario Nostro, Actisque praesentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Minoris. Comparentes personaliter Gnosi Franciscus Smolenski Pocillator Calissiensis corpore quidem debilis, sana tamen mentis et rationis, et Joanna de Gostomskie Conjuges, Maritus quidem per se, Consors vero in assistentia tam praeexpressi Gnosi Mariti Sui, quam et Venerabilis Francisci Gostomski Canonici Sultoviens, et in Rie. porst Praepositi, illius Patruelis Fratris, agentes, abuna, et Gnosus Antonius Gostomski Notarius Thesauri Regni, uti Gnosi Ignatii Przebendowski, Pucensis, Miracho viensis Capitanei, Actis Castrensibus Capitaneatibus Varsaviensibus Sub tempus Interregni praeteriti Sabbatho in Vigilia Festi Visitationis Beatissimae Virginis Mariae, Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quarto ad triennium integrum, utque ad quasvis ineundas et recognoscendas Transactiones Specialiter inscriptus Plenipotens, nomine et in rem Suprascripti Gnosi Principalis Sui agens parte ab altera, mente et corpore, prout et Gnosa Joanna de Gostomskie, Sanus, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus Suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quo ad infrascripta recognoscenda attinet se subjiciendo et incorporando, palam, Sponte et per expressum recognoverunt. Quia Ipsi Contractu certum hic Varsaviae Die Vigesima Mensis Junii Anno nunc Currenti Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto occasione Resignationis Bonorum haereditariorum, Simnice, Pickary, Kowiesy, et Sortis in Bonis Wiorka dictis in Palatinatu Rauensi Terra Sochaczoviensi sitorum inter Suprascriptos Gnosos Smolenskie Conjuges, praefatorum Bonorum haeredes, et Gnosum Ignatium Przeben-

dowski

196. Dowski Succes et Mirachowicz Capitaneum, initum et conceptum, Mandatis Partium Contrahentium propriis, et assistentium Amicorum subscriptis, Sigillisq; gentilitiis communitum, damnisq; Terrestribus firmatum, in omnibus punctis, clausulis, modis, articulis et conditionibus, roborant, approbant, confirmant et ratificant, eique tam in toto, quam in quavis minima illius parte, stare, parere, et plenè satisfacere se, et cujus Nomine, Recognoscentes, suis cum Successoribus submittunt ac de, et super Bonis suis omnibus inscribus sunt et obligant, idq; sub Damnis Terrestribus simpliciter et absq; juramenti in casu memorato Contractui et praesenti illius Roboratoriæ Inscriptioni Contraventionis faciendis et edicey, ac in Judiciis Castrensibus Sive Officiis, Ravey Sive Sochaczewicz, quod Ferd Sibi assignant, peremptorie diudicandis, his suis personalibus Recognitionibus ad praemissa mediantibus, alias in forma Inscriptionis Roboratoriæ de Jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manibus propriis se Subscripserunt.

N. F. Smolenski Joanna Smolenska

Ldr Franciszek Gostomski

Antonius Gostomski

Nr. Thri Rni qua Specialis

Plenipotens. mpp

Sistens Gnosa Jose lentkie mpp

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriæ Sic ut praemissum
facta et recognitam se Religua juxta forma. Actum ut sup.

Donant Bona sua hereditaria Zimnice Piekary. Kowiesy et Sortem in Bonis Wioska dictis in Palatinatu Rauensi Terra Sochaczewicz sita Gnosi Francisci Smolenski Pocillatoris Calissiensis et Joanna ejus de Gostomskie Conjuges, Gnoso Ignatio Przebendowski Pincey, Mirachoviensi Capitaneo.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod cum ad humillimam Supplicationem Gnosi Francisci Smolenski Pocillatoris Calissien ob debilem Valetudinem Acta publica adire non valentis per certos Consiliarios Nostros ad Nos factam, Speciali Rescripto Nostro de Data ejus hic Varsaviæ Die Vigesima Septima Mensis Septembris Anno Currenti ex Cancellaria

Minori

Minori Regni emanato. Grosum Joannem Pogorzelenum Noministi Secretarium Nostrum, et Actorum Metrices Regni Praefectum prasuscipienda ab Ipso infrascripta Inscriptione deputassemus, utq cum dictis Actis Metrices Regni ipsum hic itidem Varsaviae in Curiola in Grzybow sita residentem adiret, permisissemus; Is idem Grosus Deputatus Secretarius Noster functus officio Suo, palam, publiceq recognovit. Qualiter die hodierna in Actu Contenta, coram eodem Groso Deputato Secretario Nostro, Actisque praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nostrae Minoris, Comparentes per se Gros. Franciscus Smolenski Pocillator Calisiensis, Corpore quidem debilis, rationis tamen et sanae mentis compos, et Joanna de Gostomskie mente et corpore sana, conjuges, Maritus quidem per se, Conjux vero in assistentia tam praenominati Grosii Mariti Sui, quam et Venerabilis Francisci Gostomski Canonici Pultoviez, et in Nieporęt Praepositi Sui Patruelis Fratris Agentes, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus Suis quibuscunq proprijs, huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, sponte, ac per expressum recognoverunt. Cuius Josi insistendo Contractui Resignatorio actis praesentibus hodierno Sub Actu roborato, jam ea nunc et defuncto Groso Ignatio Szczebendowski Cracoviensi, Mirachoviensi Capitaneo ejusque Successoribus Bona sua propria et hereditaria Zimnice, Piekary, Kowiesy, et Sortem in Bonis Wioska dictis in Palatinatu Rauensi Terra Sochaczoviez Sita et jacentia, cum omni et integro jure Suo, Dominio, proprietate, propinquitate, titulogue hereditario, ac omnibus eorundem Bonorum utilitatibus, usibus fructibus, proventibus, commodis, emolumentis, Curiis, aedificiis, Structuris magnis et parvis, agris, pratis, Campis, hortis, pomeriis, pascuis, Sepibus, sepimentis, Sylvis, borris, nemoribus, rubetis, virgultis, Stagnis, piscinis, fluviis, lacubus, torrentibus, Molendinis aquaticis, et ventilibus, molendinatoribus, tabernis, tabernatoribus, braseatoriis, Subditis Utriusq Sexus tam nunc in dictis Bonis manentibus quam et profugis, ipsorumq Uxoribus, liberis, laboribus, dationibus, cunctaq obedientia per ipsos praestari solita, nec non cum Inventariis pecorum, pecudum, equorum, caterisq attinentiis et pertinentiis ad eadem Bona ex antiquo spectantibus, nihil sibi, Suisq Successoribus Juris, aut ejusdem pratensionis ad illa reservando, seu quovis modo excipiendo, sed ita late, longe et circumferentialiter, prout

in

in suis metis et limitibus existant et extenduntur dant, do-
nant, conferunt, inscribunt, et resignant pura, mera, verâ
et irrevocabili Donatione perpetuo et in evum. In qua quidem
Bona præsentibus donata et resignata, Jestromissionem rea-
lem cum actuali et pacifica possessione memorato Gnoso Ignatio
Pzlbendowski Lucey Wirzchowiey Capitaneo per Ministerialem
quemvis Generalem Regni et Nobiles duos quosvis facilius con-
ducendos, officiosè acceptandam, Liberè dictet defacto admittet,
datamque et admissam, nec per se, aut ~~per~~ Submissas et subor-
dinatas personas præpedire, impugnare, aut interturbare,
imò eundem Gnosum Ignatium Pzebendowski Lucey et Wi-
rzchoviensem Capitaneum Donatarium Suum, illiusq; Suc-
cessores ab omnibus generaliter impedimentis juridicis et ex-
trajudicis omnium et Singularum personarum propinqua-
rum et remotarum cujuscunq; Status, Sexus et Conditionis
fuerint, occasione præexpressorum Bonorum, et Sortis in Wio-
sha, præsentibus Donatorum et resignatorum quocunq; titulo
extriendis, tueri, defendere, evincere, et totiès quotiès opus
fuerit eliberare se Suis cum Successoribus Submittunt, ac de-
et super Bonis Suis generaliter omnibus inscribunt, obligant,
et asecurant, idque sub Damnis Terrestribus Simplici verbo
absq; juramento corporali taxandis et dicendis, jam verò
in Casu Contraventionis Inscriptioni hui Donatoriæ, et non
satæ tuitionis et Evictionis ad solvendum irremissibiliter
Succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus
tabiter ut premissum est ad solvendum Succubitis. Citati
existentes Supra scripti Recognoscentes ea Instantia me-
morati Gnosi Donatarii sive Ejus Successorum ad Judi-
cia Terrestria Sive Castrensia Ravensia aut Sochaczo-
viensia, illo coram Judicio Sive Officio, Tenebuntur Suis
cum Successoribus præcepsu Supra scripto mediante si pare-
ptoriè stare, juri parere, damna Succubita Solvere, illisq;
Solutis, nihilominus Inscriptioni sue præsenti Donato-
riæ in toto Satisfacere, ac omne judicatum illius Judi-
De jure non excunda, pati: idque absq; omni dilatione, de-
fensione, exceptione, præscriptione, protestatione, eva-
sione, evocatione, Mutione, Appellatione, earumque prose-
cutione, cæterisque juris beneficiis. His Suis perso-
nalibus recognitionibus ad præmissa mediantibus.
Alias in forma Inscriptionis Donatoriæ et Resignatoriæ
De Jure plenissima, firmissima ac perfectissima. Pro majori

verò

veri firmitate manibus propriis se subscripserunt.

M. F. Smolenski. Joanna Smolenska

Ad Franciscum Gostomskii 6 PPN:
qua Assistens Gnd fno
Censlii mp

Quam ejusmodi Inscriptionem Donatoriam et Resignatoriam sic ut praemissum factam et recognitam, Nos firmam, ac de jure validam haberi Volentes &c. reliqua juxta formam. Actum ut sup.

Quietant ex pretio Bonorum Zimnice, Siekary, Kowrecz, et Sortis in Bonis Wiorka dictis eidem Gnosi Smolensey Conjuges, Gnosum Ignatium Trzebendowski Succ Mirachoviez Capitaneum.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod cum ad humillimam Supplicationem Gnosi Francisci Smolenski Locillatoris Calisiensis ob debilem valetudinem Acta publica adire non valentis per certos Consiliarios Nostros ad Nos factam, Speciali Rescripto Nostro de data ejus hic Varsaviae Die Vigesima Septima Mensis Septembris anno currenti ex Cancellaria Minori Regni emanato, Gnosum Joannem Nepomucenum Slominski Secretarium Nostrum, et Actorum Metrices Regni Praefectum prassumendia ab ipso infrascripta Transactione deputasse emus, utq cum dictis Actis Metrices Regni ipsum hic itidem Varsaviae in Curiata in Grzybow sita residentem adiret, permisisemus: Is idem Gnosus Deputatus Secretarius Noster functus Officio Suo, palam, publiceque recognovit. Qualiter die hodierna in Actu Contenta coram eodem Gnoso Deputato Secretario Nostro, Actisque praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nostrae Minoris Comparentes personaliter ~~tamen~~ Supradictus Gnosus Franciscus Smolenski Locillator Calisiensis Corpore quidem aeger, Sana tamen mentis et rationis per omnia Compos, et Gnosa Joanna de Gostomskie mente et Corpore Sana, Conjuges Legitimi, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus Suis quibuscunque propriis, huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quo ad infrascripta recognoscenda attinet, Se Subjiciendo et incorperando, palam, sponte, benevole, ac per expressum recognoverunt. Quia Ipsi Generosum Ignatium Trzebendowski Succensem, Mirachoviensem Capitaneum de praestita Sibi Sufficienti ad mentem

et

et obloquentiam Contractûs Resignatorii Actis praesentibus hodierno Sub Actu roborati pro pretio Bonorum Limnice, Sichary, Kowiesy et Sortis, in Bonis Wioska Dictis in Palatinatu Rauensi Terra verò Sochacovien sitorum et jacentium, per se Recognoscentes Conjuges praefato Grose Ignatio Przebendowski Succz, Mirachovien Capitaneo, coram iisdem Actis praesentibus, et hodierno pariter sub Actu resignatorum, Satisfactione, Sive realti et effectiva Summa Sexaginta Millium Florenorum Polonicalium adjtipulata exolutione, quietant, emittunt, Liberum, absolutumque faciunt et pronunciant, nihil Sibi Recognoscentibus, Suisque Successoribus jntuitu praeexpressae Summae, ad Lundem Grosum Ignatium Przebendowski Succz, Mirachovien Capitaneum, ejusq; Successores jure, praetextu, et praetensionis reservando et excipiendo, quinimo perpetuum tam Sibi Recognoscentibus, quàm Suis Successoribus in praemissis Silentium imponendo. Aliis Suis personalibus recognitionibus ad praemissa mediantibus. Alias in forma Inscriptionis Quietatoriae de Jure plenissima, et perfectissima. Pro majori verò firmitate manibus propriis se subscripserunt.

M. F Smolenski Joanna Smolenska

Quam ejusmodi Inscriptionem Quietatoriam Sic ut praemissum factam et recognitam, Nostramque de jure validam haberi volentes, eandem ad Acta praesentia Sumpsi, inseribi, et ex iisdem Sc. Reliqua juxta formam. Actum ut Sup.

Roborat Testamentum Grosus Franciscus Smolenski Vexillator Calissiensis.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod cum ad humillimam Supplicationem Grosi Francisci Smolenski Vexillatoris Calissiensis ob debilem valetudinem Acta publica adire non valentis per certos Consiliarios Nostros ad Nos factam, Speciali Rescripto Nostro de Data ejus hic Varsaviae Die Vigesima Septima Mensis Septembris Anno Currenti ex Cancellaria Minori Regni emanato, Grosum Joannem Nepomucenum

censum Slominski Secretarium Nostrum, et Actorum Metrices Regni Praefectum pro suscipienda ab ipso infrascripta Recognitione seu Inscriptione deputassemus, utq' cum dictis Actis Metricas Regni ipsum hic itidem Varsaviae in Curiola in Grzybow sita residentem adiret, permisissemus; Is idem Grosus Deputatus Secretarius Noster functus Officio suo, palam, publicq' recognovit. Qualiter die hodierna in Actu contenta coram eodem Grosso Deputato Secretario Nostro Actisq' praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nostrae Minoris comparem personaliter Supradictus Grosus Franciscus Smolenski Pocillator Calissiensis, Corpore quidem ager, mentis tamen, et sana rationis compos existens, recedendo a Fero, Terris, et Jurisdictionibus Suis quibuscunq; propriis, huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quo ad infra scripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, sponte, benevole ac per expressum recognovit. Quia Ipse Testamentum seu ultimam Voluntatis suae Dispositionem hic Varsaviae hâc die Vigesima Nona Octobris Anno Currenti animo deliberato a se confectum et conditum, manu sua propria et Testium ad idem Testamentum rogatorum et adhibitorum Subscriptum, in omnibus et singulis ejusdem Testamenti punctis, clausulis, articulis, nexibus, universisque illius Contentis approbavit, roboravit, et confirmavit, praesentiq; Sua ad Acta hac Comparitione approbat, roborat et confirmat, illudq; robur debitum, et valorem de Jure quam firmissimum habere debere, ac post sui fata in toto et in minima parte ad executionem deduci vult et declarat. Salva nihilominus praefati Testamenti sui intractu ulteriori Supervivientia correctione, mutatione, cassatione, seu alterius confectione prout de Jure sibi reservata facultate. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante. Alias informa Roborationis Testamenti de Jure plenissima, firmissima et perfectissima. Quam Suam Recognitionem manu propria Subscripsit.

M. F. Smolenski.

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam, sic ut praemissum facta Pol. Religia justa formam. Idem ut supra.

Sub eodem Actu.

Inscribit Summam 50000. Florenorum Polonicalium Grosus Antonius Gostomski Notarius Thesauri Regni.

uti

202 uti Gnosi Ignatii Przebendowski Lucensis Mirachovicz
Capitanei Specialis Plenipotens. Gnosis Francisco
Smolenski Pocillatori Calissiensi et Joanne de Gostom-
skie Conjugibus.
Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Metricas
Regni Cancellariae Vestrae Minoris Emporeus personali-
ter Gnosus Antonius Gostomski Notarius Thesauri Regni Gno-
si Ignatii Przebendowski, Lucen. Mirachovicz Capitanei
Actis Castrensibus Capitaneatibus Varsaviens de tempore pre-
senti Interregni Sabbatho in Vigilia Festi Visitationis Bea-
tissimae Virginis Mariae, Anno Millesimo Septingentesimo
Sexagesimo Quarto ad Triennium integrum, indeque ad ineun-
das et recognoscendas quascvis Transactiones Specialiter con-
stitutus et inscriptus Plenipotens, nomine et in rem Supra-
recensiti Gnosi Principalis Sui agens, sanus mente et corpo-
re existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus Suis
quibuscvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiaeque
ad infrascripta recognoscenda attinet se Subjiciendo et incorpo-
rando, palam, libere ac per expressum recognovit. Quia Ipse vir-
tute Specialis Plenipotentiae Sue Supra de Actu expresse in-
stendo Contractui Resignatorio hodierno Sub Actu
praesentibus, per se Recognoscentem Plenipotentem ab una,
et Gnosos Franciscum Smolenski Pocillatorem Calissien, atq;
Significamus &c. Oblatas esse ad acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Literas Originales Inscriptionis Donatoriæ Sortis Lapideæ in Civitate Nra Brzesi" M.D.Litt.a sitæ, per Grosum Cajetanum Sapiecha Palatinidam Mscislaviens. dictæ Sortis Hæredem in rem Alti Michaëlis Ducis Czartoryski Supremi M.D.Litt.a Cancellarii Secundum formam et Stylum in M.D.Litt. usitatum recognitæ, manu illius propria et rogatorum Sigillatorum Subscriptas, Sanas, salvas et illæsas tenoris Sequentis: Kaietan Hrabia Sapieha Woiewodzie Mścistawski wiadomo czyniż tym moim dobrowolnym wieczysto darownym Prawem Zapisem Jaśnie Oświeconemu Xiążęciu Jmci na Klewaniu y Łukowie Michałowi Czartoryskiemu Kanclerzowi Wielkiemu W.X.Litt.o danym na to. Iż Ja wżwyż wyrażony spolnie z Braćią memi będąc wieczystym Aktorem części Kamienicy w Mieście JKMci Brzesciu Litewskim leżącey teraz Sapieżyńska Zowiącey się, w swoim ograniczeniu z murem, Zabudowaniem, Karczmą y Placami będącey, Prawu Ziemskiemu podległey, a używaiąc wolności Prawa Pospolitego każdemu swoią własnością iako chcąc rządzić, y dysponować pozwalaiącego, całe integram Sortem wspomnioney Kamienicy Brzeskiey, która na Osobę moią spectat, cum omnibus do takowey części moiey attinentiis et pertinentiis, usibus Iuriey ac Proventibus, nic na mnie Samego, y na Sukcessorow moich nie exceptuiąc ani wyimuiąc, Temuż Jaśnie Oświeconemu Xiążęciu Jmci Michałowi Czartoryskiemu Kanclerzowi Wielkiemu W.X.Litt.o y Sukcessorom Xcia Jmci wieczystemi a nigdy nieodzownymi czasy daię, daruię y Zapisuię, całego Aktorstwa mego do należącey mnie części Swyż wyrażoney Kamienicy Brzeskiey et attinentiarum oney, in Personam Jegoż Jaśnie Oświeconego Xcia Jmci Kanclerza W.o W.X.Litt.o Zrzekam się, y one zupełnie wlewam y przenoszę, oraz przez Generała JKMci Woiewodztwa Brzeskiego ex nunc intromittować się pozwalam. Woleń tedy y mocen będzie Jaśnie Oświecony Xiążę Jmć Kanclerz Wielki W.X.Litt.o cum Successoribus Suis, takową części" wspomnioney Kamienicy Brzeskiey ode mnie Sobie teraźnieyszym wieczystym Prawem dany, darowany, y Zapisany, mieć, trzymać, dzierżeć, używać, pożytkow Sobie wyżelalich z teyże części wynaydować, y ona jako iuż własnością swoią pro velle ac arbitrio Suæ rządzić, Dysponować, dać, darować, zamienić, w czym ja Swyż wyrażonemu Jaśnie Oświeconemu Xiążęciu Jmci Kanclerzowi Wielkiemu W.X.Litt.o y Sukcessorom Iego żadney penitus sub ullo excogitabili præteatu przeszkody, turbacyi y prepedycyi czynić nie mam y nie powinien będę, ani Sukcessorowie moi mocy mieć nie będą pod żadną ważność rzeczy wyroższey, ale onym tem moy dobrowolnie y rozmyślnie uczyniony wieczysto Darowny

Zapis

290 Tapis u każdego Prawa y Sądu we wszystkim nieporuszonym walorze
na Zawsze Zostawuie ma. Do którego własną moią przy wyrzekionych
Pieczętarzach podpisuię się Ręką. Pisan w Warszawie Roku Pań=
skiego Tysiąc Set Siedmdziesiątego Szesć Dziesiątego Szostego.
Niemiega Maria Dwudziestego drugiego dnia. Kajetan Sapie-
ha W. M. my. Locus ✠ Custodiæ seu Fenestrellæ. Ustnie y otrzewiste
proszony Pieczętarz od Jw. Jmć. Kajetana Sapiehy Woiewodzi-
ca Mścisławskiego, do tego dobrowolnego wieczysto darownego
Prawa y Zapisu na Kamienicy w Brzesciu Sytuowaney iedney
części, Służącego J. P. Xiędzu Jmci Michałowi Zartory-skiemu
Kanclerzowi W. X. Lit. Danego, podług Prawa podpisuię. Domi-
nik. Narbutt Stra Mżeń. my. Ustnie y ostatniewisto proszony Pie-
czętarz od Osoby wyż wyrażoney do tego dobrowolnego wieczy-
sto darownego Prawa y Zapisu podług Prawa podpisuię się.
J. Wydżga. Quas ejusmodi Literas Inscriptionis Donatorid
Supra insertas Se ut premissum allatas. Nos ad Acta præsen-
tia Suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descripto Partipo-
stulanti Authenticè extradi, Originale, ipsum afferenti re-
stituni. de quo recepto Cancellariam Nram præsentibus quie-
tat. permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut Supra.

Actum Varsaviæ Sabbatho pri-
die Dominicæ Jubilatæ, Die scili-
cet Decima nona Mensis Aprili-
tis Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Sexagesimo
Sexto Regni verò Nostri Secun-
do Annô.

Ad Relationem Supraseri Illmi et
Rndmi Dni Cancellarii Regni.

Roborat Testamentum seu ultimam voluntatis Suæ
Dispositionem Rndus in Christo Pater Antonius
Ostrowski Episcopus Vladislaviens et Pomeraniæ.
Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus Metri-
ces Regni Cancellariæ Nræ Minoris Comparens personali-
ter Rndus in Christo Pater Antonius Casimirus Ostrowski
Episcopus Vladislaviensis et Pomeraniæ Sanus mente et cor-
pore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus
Suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nræ Regiæ
quò ad infra recognoscenda tantum attinet, se subjiciendo et
incorporando, palam, benevolè ac per expressum recognovit, pre-
sentibusq; recognoscit. Quia Ipse Testamentum, seu ultimam

voluntatis

voluntatis Suæ Dispositionem Smarzevicciis in Conventu Religiosorum Patrum Ordinis Sancti Francisci Minorum Conventualium vulgò Franciscanorum Die Vigesima quarta Mensis Martii Anno currenti confectum et conditum, manu sua propria et Testium ad eum Actum de jure adhibitorum et rogatorum subscriptum, nec non Sigillis in cera rubra hispanica expressis, sui Recognoscentis, et prædictorum Testium gentilitiis communitum, tanquam matura deliberatione factum, sibiq; cassatis et revocatis quibusvis anterioribus Testamentis à Se Recognoscente conditis, eorumq; Roboratoriis Inscriptionibus, coram quibuscunq; Actis recognitis in omnibus et Singulis ejusdem Testamenti punctis, clausulis, articulis, conditionibus, ordinationibus, universisq; illius contentis, sponte, liberè hac sua Voluntaria Recognitione approbat, roborat, et confirmat, illudq; robur debitum et Valorem de jure quàm firmissum habere, ac post sera sui fata in toto, et in minima parte ad executionem deduci, vult, ac præsentibus declarat, salva nihilominus dicti Testamenti mutationis, correctionis, cassationis, seu alterius Confectionis sibi reservata facultate. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. Aliàs in forma Roborationis Testamenti de jure plenissima. Pro majori verò firmitate manu propriâ se subscripsit.

Antonius Ostrowski
Episcopus Vladislaviensis

Cujus ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut præmissum factam et recognitam, Nos firmam ac de jure validam haberi volentes, eandem ad Acta præsentia Suscipi, inscribi, et ea itidem fideliter deferri Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut Supra.

Actum Varsaviæ Feria Quinta in crastino Festi Sancti Adalberti Episcopi et Martyris, Die scilicet Vigesima quarta Mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Sexto. Regni verò Nri II. Anno.

Ad Relationem Suprascri Illmi et Rndmi Dni Vicecancellarii Regni.

Inscribit Specialem Plenipotentem Rdus Andreas Stanislaus Kostka Młodziejowski Vicecancellarius Regni.

Stanislaus Augustus Rex.

Significamus Quod coram Nobis, Actisq; præsentibus Metrices Rnæ Cancellariæ Nostræ Minoris Comparens personaliter

292 naliter. Rendus Andreas Stanislaus Kostka MLodzieiowski
Prothonotarius Regni Sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Fertis et Jurisdictionibus Suis quibuscunq; propriis, huic autem Jurisdictioni Nrae Regiae quo ad infra recognoscenda tantum attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, sponte ac benevole recognovit. Quia Ipse Venerabiles Chylewski Canonicum et Officij Salissiensis Judicem Surrogatum in suum verum, Specialem ac indubitatum Plenipotentem, Constituit, fecit, creavit, inscripsit et solemniter ordinavit, praesentibus q; Constituit, facit, creat, inscribit et ordinat. Dans et Concedens Eidem Venerabili Plenipotenti suo plenam faultatem, omnimodam et absolutam potestatem Summas quasvis tam Decretis quorumvis Judiciorum et Officiorum sibi Constituenti adjudicatas, quam alio quovis titulo ad se pertinentes, nec non etiam Summam Ducentorum Aureorum insuper per Grosum Andream Radolinski olim à Venerabili Alberto Berent Decano Camenez Praepposito Lubzenicz mediante Scripto Manuali contractam et Decreto Judicii Terrestris Districtualis Palatinatus Salissiez Feria Secunda Ipsodie Sanctarum Undecem Millia Virginum Martyrum Anno praeterito Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto in Lyzdry prolato, una cum provisione dicto Decreto declarata ad Manus sui Constituentis, seu à Se deputate, Solvi injunctam et demandatam, alias ad tenorem recensiti Decreti, levandi, tollendi et recipiendi, de Levatis, exolutis et receptis ejusmodi Summis et Provisionibus, atq; Decretis et Processibus occasione ipsarum gestis et perductis, Nomine Sui Constituentis omnimodo, eos à quibus in praemissis Sibi Satisfactum fuerit, quietandi, Cateraq; istius Negotii occasione agendi, faciendi, et exequendi. Promittens, se id totum, quidquid per prememoratum Plenipotentem Suum actum, et gestum fuerit, pro rato et grato Suscepturum. Hac sua personali recognitione ad praemissa mediante. Pro majori verò firmitate Manuproprià se subscripsit.

Rend Stan? Mlodzieiowski

Prothonotarius Regni

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut praemissum facta recognovit Nos firmam esse decernimus.

Sub eodem Actu.

Manumittit Laborosum Adalbertum Sobczyk a Subditatu de Bonis suis Haereditariis Skorowa Rendus Andreas Stanislaus Kostka Mlodzieiowski Prothonotarius Regni

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c: Quod coram Nobis Actisq; Regentibus Metricis Regni Cancellaria Nrã Minoris comparens personaliter Rendus Andreas Stanislaus Kostka Młodziejowski Bonarum Cancellarius Regni sanus mente & corpore existens, recedendo a Foro Terris, & Jurisdictionibus suis quibuscunq; proprijs, huic autem Jurisdictioni Nrã Regiæ, quo ad infrascripta recognoscenda attinet se subjiciendo & incorporando, palam libere, ac per expressum recognovit, Regentibusq; recognovit. Quia Ipse Adalbertum Sobieski Ludovici Laborioni Joannis Sobieski Filium de Bonis suis Hæreditarijs Skorowa vocandum, una cum Successoribus ejus utriusq; Sexus tam procreatis quam procreandis a Subditatu manumittit, eundemq; in perpetuum a Jure et Dominio suo liberum esse vult & declarat, nullumque Jus occasione Subditatus ad eundem Adalbertum Sobieski Successoresq; illius Regentibus jam manumissos, & plena libertate donatos sibi suisq; Successoribus, præfatos Bonorum Hæreditibus reservat & præmisit. Hac sua personali recognitione de missa mediante. In majoris vero firmitatem Manu propria se subscripsit.

Ant Stan: Młodziejowski
Bon Cancell: Regnj

Quam ejusmodi manumissionem sic ut præmissum fuit & recognitam Nos firmam ratam: In quorum fidem &c Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Tertia post Dominicam Cantate proximâ Die scilicet Vigesima Nona Mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Sexto Regni vero Nostri Secundo Anno.

Ad Relationem Illmi & Reumi Dni Andreæ Stanislai Młodziejowski Bonarum Cancellarii Regni.

Oblata Juris Caduci Super Bona Nobilis olim Josephi Ostrowski absq; Legitimis Successoribus vitâ functi Enoso Carolo Szuszkowski Vicecolonello Regimenis Pedestris Cavalleriæ Majoris Regni collati.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta præsentia Metrices Regiæ Cancellariæ Nrã Minoris Literas Originales papyreas. Privilegium Juris Caduci Super Bona mobilia et immobilia Summasq; ac res omnes post fatu Nobilis Josephi Ostrowski

absq;

abq Legitimo ad Octavum gradum Successore vita functi, relicta,
à Nobis gratiose sub die hodierna in Actu Contenta Groß Carolo
Szuszkowski Vicecolonello Regiminis Pedestris Cava Majo-
ris Regni Nostri Collati in Se Continentes, Manu Nra Regia
subscriptas, et Sigillo Minori Regni Communitas, sanas, sal-
vas, illesas, omnig Suspicione carentes tenoris sequentis =
Stanislaus Augustus Dei gratia Rex Polonia, Magnus
Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæ, Mazoviæ, Samogitiæ,
Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolen-
skiæ, Severiæ, Czerniechoviæq. Significamus præsen-
tibus Literis Nris quorum interest universis et singulis.
Quia Nos habito respectu Meritorum Groß Caroli Szuszko-
wski Vicecolonelli Regiminis Pedestris Cava Majoris Re-
gni Nostri, faciendum esse duximus, ut Ipsi Bona mo-
bilia et immobilia, Summas quascunq pecuniarias, ac res
mobiles in quavis forma et materia existentes, ubicunq
hærentes, post Sterilia fata Nobilis Josephi Petrowski
et absq Legitimo Successore ad Octavum gradum decessi.
ad Fiscum et Dispositionem Nostram Regiam Jure Casuu
devolutt, darèmus et conferremus, utiquidem præsenti-
bus Literis Nostris jure perpetuo ac irrevocabilis Donatio-
nis damus et conferimus, ita, ut eadem Bona mobilia
et immobilia, Summas ac res mobiles Jure idem ac vide-
dicet, teneat, habeat et possideat, et in Suos, Suorumq
Successorum quovis Uneplacito apus eadem Convertat
perpetuo et in evum. Quod omnibus quorum interest,
præsertim veris Jis Sub quorum Jurisdictione præfata
Bona, Summæ, et res mobiles existunt, notum esse vo-
lentes, mandamus: ut ad requisitionem præfati Groß
Caroli Szuszkowski Donatarii Nri, prædallegata Bona
mobilia et immobilia, Summas et res mobiles sine qui-
buscunq dilationibus et difficultatibus Ipsi extradent, ac in rea-
lem possessionem & Salvis juribus Uxoreis, Creditorum,
piis Legatis proportionatis, ac Legibus Regni non contra-
riis dimittant, Sedulog curent, ut iisdem Bonis, Summis
ac rebus omnibus quanto citius potiatur pro Gratia Nostra.
In quorum fidem præsentes Manu Nra Subscriptas Si-
gillo Reg Commutivi jussimus. Datum Varsaviæ Die XXIII.
Mensis Aprilis. Anno Domini MDCCLXVI. Regni vero
Nostri II. Anno. Stanislaus Augustus Rex. Locus + Sigilli
Minoris Regni. Jus Caducum Super Bona Mobilia et im-
mobilia, Summas ac res omnes post fata Nobilis Josephi Petro-
wski absq Legitimo Successore ad Octavum gradum Defuncti. Groß
Carolo

Carolo Szuszkowski Vicecolonello Regimenis Pedestris Cava Majoris Regni datur. Antonius Sikorski Sr. Rs. Mtt. et Sigilli Rni Secretarius mp. Foris harum literarum = Pro cancellariatu Illmi et Rndmi Dni Andreae Stanislai Kostka Młodziejowski Procancellarii Regni Sigillatum. Quas ejusmodi literas supra insertas, sic ut praemissum oblatas, Nos ad Acta praesentia suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descriptas Parti postulanti authentice extradi, Originale illarum offerenti restitui, de quo recepto praesentibus Cancellariam Nram quietat. permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feria Tertia post Dominicam Exaudi proximâ, Die scilicet Decima tertiâ Mensis Maii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Sexto. Regni vero Nostri Secundô Anno.

Ad Relationem Supraseri Illmi et Rndmi Dni Procancellarii Regni.

Oblata Plenipotentiae manualis Magni Georgii Detloff Comitis Fleming Palatini Pomeraniae in lingua Hollandica confectae.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellariae Nrae Minoris literas originales Plenipotentiae manualis Magni Georgii Detloff Comitis Fleming Palatini Pomeraniae in lingua Hollandica expressas et confectas, manu Ipsius propriâ, et Testium duorum, videlicet Generosorum Antonii de Glogowa Kossowski Supremi Regni Nri Secretarii, et Antonii Zapski Succamerarii Palatinatûs Culmensis et Judiciorum Nostrorum Post Curialium Assessoris subscriptas. Sigillisq' gentilitiis tam praeexpressi Magni Palatini, quam praefatorum Generosorum Testium in cera rubra Signatoria expressis communitas, sanas, salvas, illaesas, tenoris sequentis =

Op Heden den Sesden Majus Anno 1766. Comparerde voor ons de Magistraal en Assessoren van de Poolsche Rykscancelarye den Wel Edel geboore Heere Georg Detloff Grave van Flemming Palatyn van Pommeren Seigneur van Borculo en tot Graafschap van Zülphen en verklaarde by Dezen te authoriseren en Volmagtigen Sir Joshua van Keek Ridder Baronett de Heer Joshua van Keek Junior en de Heer Daniel Olivier Coplieden tot London, Zijne waare en wettige Gemagtigden te zamen of afzonderlyck. om voor hem en in zyn naam te verkoopen, Transporteeren en overtemaaken, het geheel of gedeelte van Vier Duyzend Ses Honderd Ponden Intrest of andeel in de Capitale of Fonden gevoegde actien van geconsolideerde vier per cent annuityten opgerecht by twee actes van Parliament in het tweede Jaar van de Regeering van Zyn Majesteit Koning George de Derde, de eene

genaamt

296 genaamk een Acte om by annuiteyten te treffen in maniere Daar in
vermeld de somma van Twaalff Millioenen etc. en de andere genaamk
een Acte om zekere annuiteyten vergunt in het Jaar 1760. te belasten
op de verstrekte fonds &c. transferable in de Banck van Engelland
aan enig persoon of personen wie het zouden mogen wezen voor en
tot zulke prijs of prijsen, consideratie, som of sommen als Zyne
Gezuide Gemagtigden zullen raadzam vinden, de gelden te ontfangen
en daar voor te quiteeren en verder voor alle Dividenten die op
dezelve mogten vervallen zyn te ontfangen tot den verkoop en
de transporten daarvoor zullen zyn gemaackt en omtrent het
voorsz. alles wellcyck te verrichten als hy personelyk present
zynde zoude kunnen of mogen doen. Ratificeerende en hier mede
confirmeerende alles wat zyne gezuide Gemagtigden zullen doen
in en omtrent het zelfde uit Kragte deses. In Getuigenis waar
van de Comparant deze heeft getekend en gezegelt in onze pre-
sentie. Des ter vironde hebben wy deze denzelven Magistraalen
als Getuygen dese mede getekend en gezegelt. Actum gedaan
in Warschau op den dateum als boven gemeld. Georg
Dettloff Gz: Flemming. (L. S.) Antonius de Glogowa
Kossowski Supremus Regni Secretarius qua Testis m. p.
(L. S.) Antonius Czapski Succamerarius Palatinatus
Culmensis Assessor Judicz. post Curiat: S. & R. Mttis Qua Testis m.p.
(L. S.) Quas ejusmodi supra insertas Plenipotentiæ Literas,
sic ut premissum oblatas, Nos ad acta præsentia suscipi, inscribi,
et ex iisdem fideliter describtas, Parti postulanti Authenticè extradi
permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.
(# originale illarum Afferenti restitui: de quo recepto Gentibus Cancellariæ
Ilrâ quietatur

Actum Varsaviæ Feria Quinta
ante Festum Sanctissimæ et Indi-
viduæ Trinitatis die scilicet Vige-
sima Secunda Mensis Maii Anno
Domini Millesimo Septingentesimo
Sexagesimo Sexto. Regni vero Nri
Anno Secundo.

Ad Relationem Supradicti Illrmi et Rmi
Dni Procancellarii Regni.

Roborat certum Scriptum Obligatorium in rem Gnæi
Christiani Vilhelmi Monro Privigni sui datum, Gnæa
Anna de Hamiltony Monro Vidua.
Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus Metrices
Regni

Regni Cancellaria Nostra Minoris comparens personaliter Gnora Anna
de Hamiltony, primarum Gnoi olim Henrici Brandre Aulae Saxonicae
Consiliarii, secundarum verò nuptiarum, Gnoii olim Joannis Monro
Generalis Majoris Exercitus Electoralis Saxonici Conjugis, relicta ad
praesens Vidua in personali Gnosi Antonii Geppert ad hunc Actum
assumpti sibi Curatoris assistentia Agens, sana mente et corpore
existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus Suis quibuscunq
propriis, huic autem Jurisdictioni Nrae Regiae quò ad infrascripta
tantum recognoscenda attinet, se cum Bonis Suis Subjiciendo et in-
corporando, palam, sponte et benevolè recognovit. Cuius Ipsa certum
Scriptum Obligatorium per se Recognoscentem hic Varsaviae
Sub die Vigesima Sexta Mensis Februarii Anno Domini Mille-
simo Septingentesimo Sexagesimo Quarto in rem Gnoii Christia-
ni Vilhelmi Monro Locumtenentis in Exercitu Saxonico Privigni
Sui Datum, et in Lingua Theutonica Confectum, Manu sua pro-
pria Subscriptum, et Sigillo gentilitio in cera nigra Signato-
ria communitum, in omnibus ejusdem punctis, clausulis, ne-
xibus et Ligamentis roborat, approbat, confirmat et ratificat,
eidemq; tam in toto, quam in quavis minima illius parte sta-
re, parere, et plenè satisfacere se Suis cum Successoribus
obligat, Submittit, ac de, et super bonis Suis omnibus inscribit
Et in Casum Contraventionis Eidem, Forum quodq; Competens
tam Sibi Recognoscenti, quam Suis Successoribus ad respon-
dendum assignat. Rei Sua personali recognitione ad praemissa
mediante. Aliàs in forma Inscriptionis Roboratoriae de jure
plenissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu
propria se Subscripsit.

Anna z Hamiltonow Monro

A. Seppert ad hunc Actum Assistens.

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam, sic ut praemittuntur facti
et recognitam, Nos firmam, ac de jure validam haberi volentes, eam-
dem ad Acta praesentia suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descripti
Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem sc.
Actum ut Supra.

Sub eodem Actu.

Inscribit Plenipotentes ad Causas Magnus Michael
Dux Czartoryski Supremus M.D.Litt. Cancellarius.
Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Metricez Regni
Cancellariae Nrae Minoris Comparens personaliter Magnus Mi-
chaël Dux Czartoryski Supremus Magni Ducatus Lithuaniae
Cancellarius Sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro,
Terris et Jurisdictionibus Suis quibuscunq propriis, huic autem
Jurisdictioni Nrae Regiae quò ad infrascripta recognoscenda tan-

tum

tam attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, sponte ac bene-
volè recognovit. Quia Ipse ad Causas et Actiones suas judiciarias
generaliter omnes et singulas, occasione cujusvis rei et negotii
cum quibuscunq' Personis, in quocunq' Judicio et Officio Regni
et idem Judicijs Tribunalitijs Majoris Minorisve Polonia tam
ex actoratu quam et reatu habitas et habendas, institutas et
instituendas, in suos veros, legitimos ac indubitatos Plenipo-
tentes Generosos: Rochum Czarnowski, Simonem Mirecki, cu-
jusvis Nominis Lambrzyckie, Andream et Simonem Suchaty,
Raphaëlem Kozlowski, Josephum Czarowski, Mathiam Modz-
ki, Martinum Chrzanowski, Michaelem Kanieuski, Augusti-
num Modzelewski, Boguslaum et Matheum Stokouskie,
Joannem Rylski, Alexium Jasienski, Matthiam Sosnowski
idque ad Triennium integrum inscribit, eligit, ordinat et con-
stituit. Dans et concedens eisdem Plenipotentibus suis ple-
nam facultatem, omnimodam et absolutam potestatem
Causas easdem omnes et singulas tam juncti'm quàm divi-
sim, tractandi, promovendi, defendendi, Decreta suscipiendi
et obtinendi, à contrariis et prajudicialibus in Minoribus Sub-
sellijs latis, movendi, provocandi et appellandi, Appellatio-
nes et motiones prosequendi, penas judiciarias levandi,
De Levatis quietandi, juramenta attentandi, in pœnis decretis
intromissiones offerendi, Executiones Decretorum urgendi, ar-
resta imponendi, Condescensiones, ac aliorum Actorum Terminos at-
tendendi, Cæteraq' omnia munia, Veris ac Legitimis ad Causas
Plenipotentibus de jure incumbentia obeundi, exequendi,
ac debite peragendi. Promittens et inscribens se id totum
quidquid per dictos Plenipotentes suos juridice actum
gestumq' fuerit, pro rato ac valido Suscepturum. Hac sua
personali recognitione ad premissa mediante. Quam pro
firmiori manu propria Subscripsit.

Michael Princeps Czartoryski Magnus Dux Lit. Cancellarius

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut premissum factam
et recognitam, Nos firmam ac de jure validam, & justa forma

Actum Varsaviæ Feria Sexta
ante Festum Sanctissimæ et Indi-
viduæ Trinitatis proxima Die
scilicet Vigesima Tertia Mensis
Maii Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Sexagesimo
Sexto. Regni vero Nostri Secundo
Anno.

A

Ad Relationem Suprafer: Illmi et Exmi
Dni Procancellarii Regni.

Oblata Plenipotentia manualis Magni Georgii Dettloff Comitis Fleming Palatini Pomeraniæ Inlingvâ Hollandica confecta.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nræ Minoris Literas Originales Plenipotentiæ Manualis Magni Georgii Dettloff Comitis Fleming Palatini Pomeraniæ in lingvâ Hollandica confectas et conscriptas, Manu Ipsius propria, et Gestium Subscriptas Sigillisq; gentilitiis tam præexpressi Magni Palatini, quàm præfatorum Gestium in cera rubra impressis Communitas, Sanas, Salvas, Illæsas, tenoris sequentis. — Wy George Dettloff des Heiligen Roomschen Rijks Graave van Flemming Ridder van den Russ Keyserlyken order van St. Andries en van de Koninglyke poolsche Orders van den witten Arend en St. Stanislas Graave von Wladawa, Raszinka, Terespoll Isabelline, Heer der Heerlykheeden Borcula Lighenvoorde Leuwen en Duyfelyk Mo: Palatyn van Pommern. Doen cond en certificeeren mits deven dat also unige Verrichtingen Nyn gewallen of onse Vollmaght op den Welgeboren Heer Gustaf Adam van Schleussing General Adjutant en Capitain van de Lithauwse Gardes, Heere van de Nouwe, Gegeven Terespolien Anno 1760 Den 18. May wel vol Zeende genoeg sig bewond, ten eynde onsen voorgemelde Plenipotentiaris penningen, om daar alsoo tot securitet van den Crediteurs onse ongemede goederen of enige van dien het sy die Allodial of Leenroerig mogten Zyn, Speciael te verbinden, te hypothekeeren en tot een Onderpand na Costuyme Local te Stellen wy Schoorid'gunk voorsz: onse eigentlyke intentie mede is gewest en voorsz: Generale Vollmagt te comprehenderen gelyk wy oock daeron t'gunk denzelven uit dien hoof de Regt tot wegneeming van alle speculatie of twyffeling door deze met inhaus van voorsz: onze Vollmagt opgemelde onsen Plenipotentiaris de Heer Gustaw Adam van Schleussing qualificeeren en volkomen auctoriseeren, om ten allen tyden soo veel pfonningen ten onsen Behoeven en voor onse Reekening op te nemen en te negotieren, als nodig en dienstbaar sal vinden, en daar voor een interesse van Drie Gulden Vier Stuyvers van yder Honderd, mits dat met Drie Gulden sal kunnen werden voldaan, in Vier die interesse binnen drie maanden naa den Verschynde Dag betaald werden, te beloven, als mede een termyn van ses maanden

voor

voor den Verschynde Dag tot het doen van de Denuntiatie te mogen accordeeren en bedingen, mitsgaders om ons te obligeeren, om de Restitutie van sulke genegotieerde Capitalen op syn tyd te sullen doen ter plaatse daar de Crediteuren woonen, in goede harde Silvere ongedeutte Hollandse Geld en Munt van gen minder Valeur als de alsdaar bekande ses halven, of ook ten goede hele of halve Ryders, of ook ten opsigte van dat selve, soo rakende d' Interes als de termyn van denuntiatie en restitutie der Capitalen sodanige andere Condition en Stipulatien te mogen aannemen en toe staan, als den Heer Geconstitueerde goed dunken sal en met de Crediteuren die enige penningen sullen opschieten, sal Kunnen eens worden voorts om voor alle Land en Lungerichten in onsen naeme te compareren en na Costuyme Local voor en tot securitit van de genegotieerde hoofd Sommen, mitsgaders Renten en Kosten by onvermoedelyke mitsbetaalinge daar op te lopen en te vallen, boven General Verband van onse persoon en Goederen, waar die gelegen of aan te treffen mogten wezen, int bysonder tot vaste en speciale hypotheguen en onderpanden te stellen en te verbinden alle of sodanige na dat daar over met voorst. Crediteur of Crediteuren sal Kunnen convenieren van onse ongeerfde goederen in de provintie van Gelderland, waar der plaatse sulk ook mogt wezen, t'sy dezelve allodial of feudaal mogten zyn, en tot de laatste het nodige Consent tot soo een verband te versoeken, en uit te werken van de Respective Leen Cammers waar van die mogten relevieren, t'sy van den Fürstendom Zelve en Graafschap Zütphen selfs, t'sy van andere uitheemsche of particuliere Leen Cammers als mede by alsdien alleen voor een bepaalde tyd Consent tot soo een verband van Leen goederen mogt worden geobtineert, by expiratie van dien de Continuatie van hetselve telkens te versoeken en t'effectueeren, vervolgens om de Registratieure van sulke verbanden daar en soo sulks behoord te bevorderen, alles onder afstand van alle exceptien en beneficien regtens en ter submissie aan de Judicature en executie van alle Heeren Hoven Regteren en Gerichten, speciaelyk van den Hove principiael van Gelderland, en eindelyk om sorge te dragen dat die jaarlyske verschenene Interesse van alsulke genegotieerde Capitalen aan de respective Crediteuren terplaatse, daar met dezelve door den Heer Geconstitueerde sal werde aller een gekoomen, prompteliyk in gevolge de teneur van de te passeeren

obligatie

Obligatie werden voldaan, en dan ook wederom na Tyde Gelegenheyd
sodanige genegotieerde Capitalen aan de respective Crediteuren te mogen
Denuntieeren en op syn Tyd afleggen, en daar voor behoorlyke quit.
Tancen te nemen. En laastelyck int' Général om alles werder met
opsigt tot sulke negotiatien ook geeven van Gerustheid aan de Crediteuren
te doen, handelen en verrigten, wat eenigzints vereischt mogte werden
en nodig weezen sal, En wy selfs praesent zynde zoude kunnen mogen
of moeten doen, alles cum libera facultate & in ampliss:ma forma
dewaar t'schoon dat tot t'teen of ander een speciale Volmagt gerequi-
reert mogt wirden, welke wy in deze voor geinsereert willen gehouden
hebben, idque cum potestate substituendi unum vel plures toties quoties
& sub clausulis ratihabitionis, indemnitatis, caeterisque de jure solitis
ac necessariis absq Dolo mits dat den Heer Geconstitueerde verplicht blyft
aan ons van alles te doen behoorlyke Verreekening Verantwoording
Bewys en reliqua. In Kennisse der Waarheyd hebben wy deese
eigenhandig geteekent en met Opdruckking van Ons aangeboren
Cachet bekraagtigt en daaren boven verzogt de Heeren
August Albrecht van Demitz op Daber Hoffelde Burggesaassen
Heinrich von Lettow Baron Dso Mühlenkamp
Lehnsmannen in het
Hartogdom Pommern van de Stettynsche Regiering.
Dy Gebruick van Gelderse Leen Manne of van Sulke Leen Cammern
waar van onse Feudale Goederen mogten relevieren, om Deese nevens ons te
teekenen en te zegelen welke daar aan ook voldaan hebben. Actum
Waarschauw den 23d May. 1766. / L. S. / George Detlof
Graaf Flemming Palatin de Pomeranie / L. S. / August
Albrecht von Demitz auf Daber Hoffelde Lüng Dyn. Burg
/ L. S. / Heinrich von Lettow, Lüng Lauw auf Mühlenkamp.
Quas ejusmodi Plenipotentiae Literas sic ut praemissum oblatas Nos ad acta praesentia suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descriptas Parti postulanti authentice extradi, Originale illarum Offerenti restitui: de quo recepto praesentibus Cancellaria Nostra quietatur: permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsavia Feriâ Tertiâ post Octavam Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini proximâ die silicet Decima Mensis Junij Annô Domini Millesimô Septingentesimô Sexagesimô Sextô, Regni vero Nostri Secundô Annô.

Ad Relationem suprascripti Illmi & Rmi Dni Joannis Cancellarij Regni.

Oblata Extractus authentici ex Actis Castrens Brestensibus descripti Actus Commissorialis Provincialis inter Bona & Fundum dicti Obory Civium Brestens ab una, & Bona Regalia Taliboz & Faliboziek ad Capitaneatum Brestens spectans parte hinc altera in Anno 1583to expediti.

Stanislaus Augustus &c:

Significamus &c: Oblatas esse ad Acta Metrices Regni Minoris Cancellarie Nostre Literas Extractus authentici ex Actis Castrensibus Brestens extradittas manu Pri Zielezinski subscriptas & Sigillo Capitaneali communitas sanas salvas omnij suspitione carentes Tenoris sequentis= Acta sunt hec in Brzesie in Domibus Terrestrium Palatinatus Brestens Feriâ Tertia post Festum S. Bartholomei Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Octuagesimô Quarto. Coram Benedicto Hieronimo Bielinski Judice, Jacobo Syrzyn. ski Camerario, Nic Jalli Kosciolski Subjudice, Sebastiano Thaliborski Notario Terrestribus Brestens, nec non in Mensa Nobilium pretum circa Acta existentium videlicet Nobilibus Jacobo Swieziewski, Joanne Smolski, Martino Kazinowski, nec non in presentia Ministerialium Honestorum Stephani Brzezinski Valentini Kaczka Ministerialibus Generalibus Regni. Comparentes personaliter coram Judicio pten Terrestri Brestens & Alij pten Famati Felix Krupka Stanislaus Kucharski Consules Brestens porrexerunt Literas Transmissorum ad Acta Terrestria petens eadem Nomine Consulij totius Civitatis Brestensis ad Acta Terrestria inscribi quod Illis per Judicium est admissum.

Quar

Quarum Tenor de verbo ad verbum sequitur estq talis. Actum
in loco Campestri Granicuali inter Bona & Fundum dicti Ob.
Privilegiatum Actorum ab una, & Fundum ad Bona
Regalia Villarum & Hereditatum Falibosz & Fuliboziek
ad Capitaneatum & Castrum Brestensem spectantem &
pertinentem Partibus ab altera Feriâ Quinta ante Fe-
stum Sancte Hedvigis Electe proxima Anno Dñi
Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Tertiô coram
Generosis Luca Grabski Crusvicen, Januscio Rzisinski Ku-
valien, Castellanis, Hieronimo Bielinski Judice, Alber-
to Grodzwicki Venatore Terrestribus Brestcn & Andrea
Mikolajczewski de Baruszki Camerario Campestri
Granicali Commissarijs, per Sacram Regiam Majestat
ad Negotium infrascriptum Datis & Deputatis Prentib
ibidem Gris & Nobilibus Georgio Wiszycki Subpocilla-
tore Vicecapitaneog Judiciali Castren Brestcn Petro
& Georgio Grabskie Filijs prefati Castellani Crusvicien
Stanislao Szczyuski, Blasio Mszynski, Adamo Sostruski
Adalberto Uminski, Nicolao Wilamowski, Gaspare Ru-
zieski, Nicolao Kamienski, Gregorio Karkowski, Georgio
Biaskowski, Stanislao Ruzieski iure non in Gentia
lium, videlicet Honestorum Stephani Brzezinski
& Valentini Kaczka de Brzesie & aliorum multor-
Testium fide dignorum circa premissa existentium, circa
Fundum Civitatij Brestensij paludinosum dictum Brzu-
zina, circaq aggerem, sive potius in fine aggeris, & viam
publicam qua itur è Civitate Brestensi Radziejovi-
am, in quorum Dominorum Commissariorum prefato-
rum presentia in prefato loco Campestri Granicuali
locatorum Famati Prognsul cum Consulibus Civitatij
Brestensij suo & totius Communitatij Nominibus
exhibitij Literis Commissionij Sae Rae Mtis quibus Lite-
rij Sae Rae Mtis Negotium infrascriptum Dislimitatio-
nij Bonorum suprascriptorum committere dignata est
tum & alijs Literij Mandati Sae Rae Mtis ad prum
Dominum Hieronijmum a Mielez Capitaneum Bre-
sten Cujavien scriptij, quibus Sae Rae Mtis Eidem man-
dare dignata est, ut tum Literij Innotescentialibus Do-
minorum Commissariorum vocare, teneatur Limitationi
prefatorum Bonorum et debito Officij sui uti Loci
hujus Capitaneij, & prefatorum Bonorum Defensor
intersit exhibitô diam Privilegio Vladislai Regis Polo-

nie

nia in Sayamino scripto cum appenso Sigillo Donatio-
nis Fundi & Hæreditatij dicti Obora, eidem Civitati Bre-
sten in perpetuum donati cum pratijs, rubetijs & pascuijs
& alijs ad prefatum fundum & hæreditatem Obora ex
antiquo pertinentijs, & attinentijs sub Actu Feriæ Sextæ
ipso die Sti Clementij Anni Domini Millesimi Qua-
dringentesimi Primi, exhibitij etiam alijs Documentij
& Decretij Conventionalibus ad prefatum Actum &
Negotium hoc Dislimitationis Bonorum pertinenti-
bus, Authen sub Sigillo Sæ Rīæ Mittæ Minoritj Cancella-
riæ, quæ omnia in Actu presenti Commissoriali infra
suo in loco, & suo Ordine ingrossabuntur, & inscribon-
tur, petijt sua, & totius Communitatis prefatæ Civita-
tis Brestensis Nominibus, Jurisdictionem suam Com-
missorialem ad Negotium infrascriptum Dislimita-
tionis prefatorum Bonorum fundari, & eandem funda-
tionem Jurisdictionis per Ministerialem proclamari, &
publicari. Et Domini Commissarij in Actu descripti, vi:
zij premissis Literij Commissionis Sæ Rīæ Mittæ per præ-
fatum Prozonulem, cum Consulibus Civitatis Brosten
& totam Communitatem, & alijs Literis Sæ Rīæ Mittæ
ad præsentem Actum pertinentibus exhibitis Authen-
tice Prozonulis & Civium totius Communitatis Civi-
tatis Brestensis Affectationibus inhærendo, Jurisdictio-
nem suam Commissorialem ad Actum hunc Dislimita-
tionis prefatorum Bonorum fundaverunt, Cujus qui-
dem fundationem Jurisdictionis, positionisq; Signorū
Granitialium, & metallium prefata Bona dislimitan-
tium, per Honestum Stephanum Brzezinski de Brze-
zie Ministerialem Rīæ Jnalem proclamari & publicari
mandaverunt, Partibusq; quibus interest in hoc Nego-
tio procedi injunxerunt, & mandaverunt. Tandem
post fundationem Jurisdictionis & ipsius publicationem
petierunt prefati Cives prefatū Ministerialem Hone-
stum Stephanum Brzezinski ad acclamandum Jurem
Jnnotescentiam, & Jnnotescentia Commissoriali Citatā,
videlicet Jm Hieronimum de Mieleż Capitaneum
Brestensem Cujavien, acclamari, & ad quævis Juris
necessaria in hoc Negotio peragenda addi & Depu-
tari, ad quorum affectationem Domini Commissarij
ad acclamandum prefatū Dominum Capitaneum Luri
presentij, nec non ad quævis Juris necessaria in hoc
Negotio peragenda Honestum Stephanum Brzezinski

de

Brzesie Ministeriales Cru Jrales addiderunt, & deputa-
rant. Qui quidem Ministerialis prefatus existens additus
prefatti Jmi Domini Hieronijmum a Mieleż Capitaneum
Brestenż Cujawien acclamavit, de qua acclamatione idm
Ministerialis coram eodem Judicio Commissoriali persona-
liter stans Relationem fecit. Post quam quidem accla-
mationem, & Ministerialis Relationem ipsi Actores
Cives Brestenż exhibuerunt per Procuratorem suum
Copiam Jnnotescentiae Commissorialis, Terminum compa-
rendi pro die hodierna eorum Domini Commissarijs
in se continenż sub Titulo Dominorum Commissarionum
in Actu descriptorum scriptam & Sigillis eorundem signa-
tam. Cujus Jnnotescentiae Tenor de verbo ad verbum se-
quitur estż talis. Lucas Grabski Cruscien Januszius
Rypinski Kowalien Castellani, Joannes Piekarski Succa-
merarius, vel ejus Camerarius Brestenż Hieronijmus Bielin-
ski Judex, Albertus Prochowicki Venator Terrestres Brestenż
Commissarij per Sm Rm Mttm dati & specialiter Deputa-
ti. Tibi mihi Hieronijmo a Mieleż Capitaneo Bre-
stenż Cujawien Bonorum Regalium ad Capitaneatum
Brestenż pertinentium Tenutario innotescimus per pra-
sentes Oblatas esse Nobis Litteras Commissionis Sae Rae
Mttis Domini Nostri Clementissimi pro parte Famatos
Brzezinskis Consulum, totiusq Communitatis Civitatis
Brestenż Fundi hereditarij Dicti Obora Haeredum, quibus
Sae Rae Mttis Nobis committi, imo vernis mandare dignata
est. Quatenus Nos certo aliquo die & tempore, mutuo
inter se captato ad Bona differentiarum & Loca, de quo
Commissio agitur, descenderemus, occasione Limitum
inter Bona Villae Fulibor Major, & predij Faliborzek
ad Brestensem Capitaneatum pertinenż Tenutae Tuae ex
una, & fundum Obora dictum Civitatis Brestenż haeredi-
tarium ex altera partibus, acceptoq hominum fide di-
gnorum suffrientia Testimonio, ac re ipsa oculis subjecta,
Neutri Partium favendo, sed Deum & Justitiam Sanctam
pra oculis habendo, signis metallibus distinximus, Bo-
nag predicta distinguemus, ruputis & alijs signis pani-
tialibus, circa talia fieri solitis & consuetis, juxta rei
exigentiam consignemus, prout hoc ipsum labius in se ha-
bet, quam Commissionem in toto prout tenemur exe-
qui volentes, Tibi vigore Regio, & Nostra qua hac in
parte fungimur Commissoriali Authoritate mandamus,
ut

ut coram Nobis, & Judicio Nrô Commissoriali in Bonis fundo
Obora dicto ubi Jurisdictionem Nostram fundabimus, seu ubi
Nos prefati Protensel cum Consulibus totaq; Communitas Civita-
tis Brestens Feriâ Quinta ante Festum Sctæ Hedvigis nunc
instans pxmè futura ad instantiam memorati Pro Consulis
Consulum totiusq; Communitatis Civitatis Brestens pêl le-
gitimè ac peremptoriè compareas ad videndum & audien
Nos ipsam Commissionem Sæ Rē Mtis justa illius contenta
debitæ executionem demandari & id quod Commissio Mtis
sue formaq; Juris exposcit firmiter observari, decernig; Cer-
tificando Te quod legitimè in dicto Citationis Termino
seu Improrogabili Commissoriali comparueris sive non, Nos
ad ea quæ Nobis ex Officio Nrô incumbunt, contra Te procede-
mus, absentia tua in nullo obstante. Datt in Swiçte Feriâ
Quintâ Ipso Festo Sancti Michaelis Archangeli primâ Anno
Dñi Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Tertio. Post cujus
Instrumentæ Commissionalis exhibitionem reproduxerunt Litteras
Sæ Rē Mtis Commissionis Sigillo Sæ Rē Mtis Minori Cancel-
lario obsignatas, quibus Sa Rē Mtis hoc Negotium Dilec-
mitationis Patet Bonorum Dominij Commissarij in eadem
descriptis committi dignata est, quas Literas ad Actum Pres-
tem Commissionalem ingrossari petierunt, quod & obtinue-
runt, quarum Literarum Commissionis Sæ Rē Mtis Tenor de
verbo ad verbum sequitur, est talis. Stephanus Dei Gratia
Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie, Prussie, Prussie, Maso-
vie & Princeps Transylvanie. Fidelibus Luca Grabski Czervicensi,
Jacobo Bijzinski Kovalien Castellanis, Joanni Bielarski
Subcamerario, & in absentia ipsius Camerario, Hieronymo Bie-
linski Judici, Alberto Przhouecki Venatori Terrestribus
Brestens in Cujavia Fidelissimis Gratiam Regiam. Si fide-
liter Nobis Dilecti intercedit, non nihil differentiarum
de Limitibus inter Bona Nostra Regalia Villæ Falibóz
Major, & predij Falibozek ac Brestens Capitaneatum per-
tinens Tenutæ Pi Hieronimi a Mieleß Capitanei Nostri
Brestens Sortisq; hereditarie in Majori Falibóz Nobis Mar-
tiani Czarkouski, quam nunc Idem Pus Hieronimus Mie-
lecki Capitaneus Brestens & Nobis Gregorius Bielicki in Parte
teris quibusdam possidere dicuntur ex una, & Bona ac Fundum
Civitatis Brestens hereditarium dictum Obora ex altera Par-
tibus. Siquidem Nos differentias sopire cupientes, efficere;
ut no quisq; libere & tranquille utatur, fideliter univer-
sis quorum perpetua est Nobis integritas, atq; industria, Ne-
gotium hoc committendum esse duximus, uti quidem com-
mittimus, hisce Literis Nostris mandamus, Quatenus habi-
ta inter Vos mutua cointelligentia, cuptatoq; eum ad

rem

rem certo aliquo & competenti tempore ad Limites pfatorum Bonorum
descendat[ij], vocat[isq;] ad Jus Sentiam Partibus quorum interest
& auditis earum proposit[ionibu]s & respons[ij], receptoq; fide dignor[um]
Testimonio eorum Corporali Juramento mediante, reij ipsa ven.
-tis subjecta, positionej seu conditione illius plenè cognita, Bona
pradicta Neutri Partium favendo, sed Deum & Justitiam Sanctam pre
Oculis habendo, limitet[ij] ac Scopulis & metallibus, signis circa
talia fieri solit[ij] Limites eosdem consignet[ij], in quo Conscientias ve-
-stras oneramus, faciendo id quod decreveritis ab ipsis Partibus fir-
-miter tenen & observari, unius duorum, Trium, vel diam plur[imo]
Vestrum absentia non obstante, modo tot, sive quot de Jure
fieri debent pro Gratia Nostra aliter non facturi. Datt Var-
-savie in Conventu Generali Rn̄. Die XVI. Novembr[ij], Corre-
-ction[ij] Anno Dn̄i MDLXXX Secundo, Regni verò Mo Anno
Septimo ex Commission[e] propria Sae Re Matis Mandati ad
Spm Dominum Hieronymum a Mieleż Capitaneum Bre-
-sten Cujavien Locumten scriptas, quibus Literis Sae Re Matis
eidem mandare & injungere dignata est. Ut ipse hoc ipsum
Negotium dilimitation[ij] pref[ator]o Bonorum ex debito Offi-
-cij sui attentaret, quarum Literarum Tenor de verbo ad
verbum sequitur est[q;] talis. Stephanus Dei Gratia Rex Polo-
-nice Magnus Dux Lithuanie, Russie Prussie Masovie, & Prin-
-ceps Transilvanie. Generoso Hieronymo a Mieleż Capitaneo
Nro Brestens fideliter nobis Dilecto Gratiam Nostram Re-
-giam. Generose fideliter Nobis dilecte. Desiginavimus cer-
-tos Commissarios Nostros ad faciendos & constituendos Limi-
-tes inter Bona Nostra Regalia Villa Faliboż major & pred[i]j Faliboźek ad Brestens Capitaneatum pertinen
Tenute fidelitatis Tue, Sortij hereditarie in majori Fa-
-liboż Nobilis Martiani Czarkowski quam nunc Fidelitas
Tua possidet, & Nobilis Gregorius Bielicki in Berlucris qui-
-busdam possidere videtur ex una, & Bona ac Fundum
Civitatis hereditarium dictum Obora ex altera Partibus.
Mandamus igit[ur] Fidelitati Tue ut cum per ipsos Commis-
-sarios Nros vocata fuerit, ad Limites eorundem Bonorum
descendat, & id quod Ipsi Nri Commissarij decreverint & sta-
-tuerint firmiter teneat, & observetur aliquin pro Gratia
Nra nefecerit Datt Varsavie Die XVI. mensis Novembr[ij]
Correction[ij] Anno Dn̄i MDLXXX. Secundo Regni veri Nri
Anno Septimo, ad Mandatum ppriu[m] Sae Re Matis b. C. Ty.
-licki Item coram eodem Judicio Commissoriali statue-
-runt Ministerialem Jnatum Regni prefatum Stanislaum
Stephanum Brzezinski de Brzesc & Nobles Joannem

Stubr[i]

Stulcki & Matheum Wolski, qui coram Judicio Stae Com-
missoriali prl stantes in vim suae veae ac fidelis Relationis
coram Judicio quocunq; Seculari Rnō fuerien sani mentis
& corpore existentes Liberè recognoverunt. Quia Ipsi Inno-
tescentiam Literalem Commissorialem sub Titulo praefatorū
Dnorum Commissariorum in Actū descriptorum sigillis co-
rundem munitam, & designatam cum praefatum Pūm Hie-
ronijmum a Mielecz Capitaneum Bresten Cujusvis ad
Instantiam Stae Consulis Consulum totiusq; Commu-
nitatis Civitatis Bresten una cum Literis Mandati Sae
Rae Mtis ad eundem in Negotio praesenti Dilimitationis prae-
fatorum Bonorum scriptum exportati, & hac idem Manda-
tum Sae Rae Mtis praemissum, & Innotescentium Dominor
Commissariorum praemissam Feriâ Quinta ipso die Sti
Michaelis Archangeli proxime praeterita ad Bona praedi
Falibozek Tenuta Pi Hieronymi Mieleski Capitanei
Bresten exportaverunt, & in mensa Stuba ipsius posu-
erunt, Familiaq; ibidem existenti ad notitiam deduxerunt
positionem ejusdem Mandati & Innotescentiae. Tandem
posuerunt & exhibuerunt coram Judicio Commissoriali
Privilegium Vladislai Regis Poloniae Donationis Stati
Fundi & hereditatis dicti Obora, una cum rubetis &
pascuis, aliisq; attinentijs ad id pertinentibus cum ap-
penso Sigillo. Cujus Tenor de verbo ad verbum sequitur
est talis. Vladislaus Dei Gratia Rex Poloniae Lithuaniaq;
Princeps Supremus, & Haeres Russiae. Significamus Tenore Pr-
sentium quibus expedit universis, quomodo attendentes damna &
incommoda quae Incolae Cives & Incolae Civitatis Nrae Bresten
per incendium ignis, & per invasionem inimicorum Nostro-
rum Cruciferorum de Prussia pereperunt, Volentesq; ipsis
speciali Nostra Gratiae praerogativa subvenire, ipsiusq; pro
usu & melioratione Civitatis Nostrae praedictae Bresten
dictum Obora jacentem prope Civitatem cum
Rubetis seu Virgultis & pascuis ad ipsum spectantibus
dedimus, donavimus, donamusq; & largimur tenore Pr-
sentium meliante per ipsos habendi, tenendi, utifruendi
nec non pacifice & quiete perpetuò & in aevum, Ideo Di-
cti Sandivojus de Ostrorog Palatinus Posnanien. & Capita-
neus Bresten nec non Tuus Burgrabius, aliisq; pro tempore
existentibus committimus, & mandamus. Quatenus pre-
dictos Cives Nros Brestenses in hujusmodi Donatione
Nra nulla praesumatis impedire ratione, quinimo ipsos
circa Donationem Nram hujusmodi conservare, seus
non facturi Gratiae Nrae subsistent. Datū et Actum Cra-
coviae Fa Sexta ipso die Sti Clementis Anno Dni
Millo

millesimo Quadringentesimo Primo. Relatis Venerabilis Vladislai Praepositi Lanciciensis Regni Polonie Vice-Cancellarij. Reproduxerunt Nobis quoddam et aliud Privilegium appenso Sigillo Sigismundi Dei Gratia Regis Polonie, quod quidem ad Actum presentem inserum est de verbo ad verbum prout sequitur. Sigismundus Dei Gratia Rex Polonie Supremus Dux Lithuanie, Russie Prussie, Masovie Dominus et Heres. Significamus tenore presentium quorum interest universis presentibus Literis existibitum esse coram Nobis Privilegium Serenissimi olim Vladislai Regis Polonie Dñi Nri et Antecessoris Colenda Vratum et pascua vulgo Obora dicta prope Civitatem Brzesie Cuyawien sita, Famate Prudentie Consulibus, caterisq; Civibus Successoribus Brestens perpetuo donata, salvâ et integrâ omni suspicionis nota carens Sigillo hoc ipsum Privilegium obsignatum, Supplicatumq; quo illud Authoritate Nostra approbare et confirmare dignaremur. Cujus tenor ad verbum est talis. Vladislaus Dei Gratia Rex Polonie Lithuanieq; Princeps Supremus et Heres Russie. Significamus tenore presentium quibus expedit universis, quomodo attendendo damna et incommoda quae frequenti Cives et Incole Civitatis Nostre Brestens per incendium ignis et per invasionem inimicorum Cruciferorum de Prussia perceperunt, volentes ipsos speciali Nrâ Gratia prærogativa subvenire, ipsisq; pro usu et melioratione Civitatis Nrè prædictæ Pratum dictum Obora jacentem prope Civitatem cum rubetis, seu Virgultis et pascuis ad ipsum spectantibus dedimus donavimus, donamusq; et largimur, tenore præsentium mediante per ipsos habendi, utifruendi tenendi nec non pacifice et quiete perpetuo et imperum. Ideo Tibi Vandivogiæ de Ostrorzy Palatino Posnanien et Capitaneo Brestens, nec non Tuis Burgrabiis, alijsq; pro tempore existentibus committimus et mandamus. Quatenus prædictos Cives Nros Brestens in hujusmodi donatione Nrâ nulla præsumatis impedire ratione, quinimo Ipsos circa Donationem Nram hujusmodi conservare, cum non facturi Gratia Nrâ subobtenta. Datt et Actum Cracovie Fa 6ta ipso die Sti Clementis Anno Dñi Millesimo Quadringentesimo Primo. Relatis Venerabilis Vladislai Praepositi Lanciciensis Regni Polonie Vicecancellarij. Quas quidem Literas sicuti approbamus, Nos Sigismundus ita ut approbandis et confirmandis Literis Nris. Decernendo eas de certa voluntate Nrâ in omnibus punctis, et clausulis, articulis et conditionibus, tam ratione usus et possessionis, quam Limitum in longum latum et circumferentiam eorundem vetustorum antiquitus consistentium robur debitæ et perpetuæ firmitatis.

Ey

tis habituras mandando p̃senti Capitaneo Brestẽ & pro
tempore existenti, ut eos Cives in usu & facultate omnimoda
praturum & pascuorum secundum prescriptum Lr̃arum in-
scriptarum teneres conservarij pro gratia Nra cures. In cu-
jus rei fidem & testimonium Sigillum Nostrum est appen-
sum. Datũ Cracovie Fa 2ª Quarta proxima ante Festum Sc̃i
Valentini Anno Dñi Millesimo Quingentesimo Quadrage-
simo Sexto. Relatio in Christo Patris Domini Samuelis Ma-
ciejewski Epi Plocen & Electi Cracovien ac Regni Polonie
Vicecancellarij. Samuel Episcopus Plocen Electus Cracovien
& Vicecancellarius manu propria. Reproduxerunt & alium
Privilegium Confirmativum & approbativum Fati Privilegii
Vladislai & Sigismundi Dei gratia Regum Polonie felici
memorie cum appenso Sigillo Regis Stephani feliciter
moderni. Cujus tenor de verbo ad verbum sequit & est
talis. Stephanus Dei gratia Rex Polonie, Magnus Dux
Lithuanie, Russie, Prussie, Masovie, Samogitie, Kijovie Vol-
hinie Livonie Princeps Transilvanie. Significamus hisce
Literis in universum & singulatim omnibus quorũ interest,
Reproductum esse coram Nobis Nomine Civitatis Brestẽ
in Cujavien Literas Confirmationis Serenissimi Regis Sigis-
mundi Primi manu Rendi Samuelis Maciejewski Epi
Plocen & Electi Cracovien Vicecancellarij Regni subscriptas
Sigillo Minoris Regni communitas Confirmationem Literarum
